MISCELLANEORVM IO. COSTÆI LAVDENSIS.

Decas Prima

AD ILLVSTRISSIMVM Bononienſis Reipublicæ Senatum.

VT ALIOS NVTRIAM



ME IPSVM VVLNERO.

BONONIAE,

Apud Ioannem Baptiſtam Bellagaml an. 1598.

Superiorum permiſſu.

6.

ILLVSTRISSIMO BONONIENSIS REIPVBLICAE SENATVI

IO. FRANCISCVS COSTAEVS.

FVIT ea ſemper ampliſſimi veſtri ordinis erga Patrem meum omni planè officiorum, & beneficiorum genere declarata propenſio, vt merito ille vobis omnia ſua ſtudia operam vitamquè dicarit. Tanta porrò erga me eius filium, quem vti aliarũ eius fortunarum, ita & patrociniorum hæredem eſſe decet humanitas, vt nõ modo antiquis, & hæreditarijs, ſed proprijs & recentibus beneficijs deuictus, omnia me vobis debere intelligam quæcunq; ab hominibus deſiderari poſſunt. Et quãdo

quæ mihi veſtra benignitate oblata fuerat, quamque ego votis omnibus expetiueram occaſio ſtudiorum meorum ope, aliquam deuoti erga vos animi ſignificationem dandi, intempeſtiuo patris mei obitu rerumque familiarium quæ me alio vocant neceſſitatibus eripitur nihil exoptem, nunc magis, quam huius ſaltem animi mei grati, ac memoris candorem patefacere. Ideo quum inter varias parẽtis mei ellucubrationes in centuriam vnã Miſcellaneorum Medicinæ incidiſſem, quam ille ſub veſtro nomine propediem in lucem æditurus erat, arripiendã mihi, nec vllo pacto prætermittendam eſſe occaſionem duxi, qua meæ erga vos obſeruantiæ, & erga parentem pietatis argumentum aliquod præſtare poſſem. Cæterùm hanc meam diligentiam rerum domeſticarum cura retardauit, adeo vt vna vix Decade à Typographo expleta, vrgentibus nunc familiaribus negotijs, & inſtantis hiemis metu diſceſſum properẽte, ſuſceptam prouinciam ad exitum perducere non poſſim. Quamobrem quum tot acceptis beneficijs, abſque vlla penitus gratitudinis ſignificatione diſcedere nefas eſſe exiſtimem, vt aliquod extet meæ voluntatis monumentum, neue iactari aduerſus me illud poſſit, quod de eo qui externum canem alit veteri adagio dicitur: hãc primam Decadem ſub veſtro nomine in lucem prodire volui, donec ſub ijſdem auſpicijs, quod breui futurum polliceor totum excudatur opus. Accipite vos hoc qualecunque eſt

gratitu-

gratitudinis meæ argumentum ab eo, qui vobis ſe ipſum omniaque ſua ſtudia toto dicat animo, & qui pro benignitate veſtra ſummopere vobis debere profitetur.

DE PRAESTANTISSIMI PHILOSOPHI *IOANNIS COSTAEI* Miſcellaneorum libello.

IO: FRANCISCI FILII
Opera nunc primum edito:

FEDERICI NATTAE.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ.

A TE *ne iterum terris viuum Coſtae videmus?*
Corporis anne tibi, mentis & vſus adhuc?
Vnde roſas miſces hoc tempore multicolores,
Et varios flores vere cadente legis?

Anne

Anne malo ſaua deperdita tempora parcæ,
Quæ fuerant, redeunt, & manus illa tua?
B *Sunt hæc dona Deum paruo perſtricta libello,*
Quæ me ipſum referunt, mentis & alta meæ.
Hæc voluit noſtri pietati tradere nati
Delius; hæc pietas ſola referre queat.
Illius ipſe opera viuo: vos viuere ſi me
Vultis, librum hunc, ſic vixero perlegite.

De eodem ad Lectores Diſticon.

EDitus in patrem eſt nati pietate libellus
Vos legite, haud vultis ſi minus eſſe pij.

DE

DE CENSVRA LIBRORVM HIPPOCRATIS

AD ECCELLENTISSIMVM Vlyſſem Aldrouandum.

QVI Librorum Hippocratis cenſuram nuper ſcripſit, Aldrouande doctiſſime, cum ego quidem & valde probo, & quomodo in tam varia confuſaq; rerum mole, tam facile extricet ſeſe non ſatis poſſum admirari; imo vero quum ea quæ conſentiant Hippocraticis principijs à diſſentientibus diſiungere neque leuis ſit operę, neque illius qui non ſit & omnibus in Medica arte numeris abſolutus, & multum diuque in illius authoris operibus reuoluendis uerſatus; quum etiam quænam ex Hippocratis officina prodeant intelligere, magnum; quæ uero magiſtri ſint manu ac penicillo formata cognoſcere, maximum & nonniſi acerrimi atque exercitatiſſimi iudicij ſit opus; ſi quid vnquam in Hippocratis libris profeci, libelli quem ad me miſiſti authorem, dicere auſim, vnum hactenus aut rem veré aſſecutum, aut certe in ferendo hac de re iudicio ſcopum proxime omnium attigiſſe. At hac ipſa tamen dę re, & alios aliud ſentire non mirum, & (quando ſententiam ſic meam expoſtulas) eſt aliquid quod ancipitem me quoque ſemper habuit, & nunc etiam habet. Hippocratem enim ſuorum Commen-

LOCVS HIPPOCRATIS EX LIBRO DE AERE, Aquis, & locis, declaratus.

AD EXCELLENTISS. VIRVM Bernardinum Caium Medicum Venetum.

DE Hippocratici loci illius obſcuritate, quid ego ſum tamdiu ſuſpicatus, ſcripſi ad te V. Doctiſs. in ſuperioribus quid etiã impelleret me, & ne caſtigationi tuę ſubſcriberem, amice ſignificaui. Inſtas tu tamen, & diſſimulãs uim earum rationum quibus in diuerſam ego te trahere ſententiam tentabam, affers multa, quæ tueri partes tuas, noſtram autem eius loci explicationem infirmare poſſe videantur. Tu nunc audi & expende mecum diligenter, an iure dixerim fore, vt ex ſua iſta lectione Hippocratis in repetitionem eiuſdem rei, in controuerſiam, atque in nugationem adduceretur. Dixerat is primum præſtantiſſimas omnium fontanas eſſe aquas quæ ad orientem emergunt. Ex tua autem lectione ſubdit, ſecundum habere locum eos qui inter ortus æſtiuos & hybernos. At quæ inter ortus æſtiuos & hybernos ſunt, ad orientem emergunt, præſtantiſſimæ igitur hæ ipſæ ſunt aliarum, hæ autem quæ inter ortus æſtiuos & hybernos, per te ab Hippocrata ſecundo loco commendantur: quæ igitur ſecundo loco ponuntur, primo loco ponuntur: & quas ſemel propoſuerat, repetit etiam ſecundo loco, ſic controuerſia & repetitio quam dicebam. Subdit autem is

tem is de his ipſis quas ſecundo loco propoſuit, eas eſſe meliores quæ ad orientem. Ex ijs igitur quæ ad orientem ſunt, eæ meliores ſunt quæ ad orientem. Nugæ hę ſunt, vt vides: & ex tua hæ prodeunt caſtigatione. At reſpondes in hoc ſecundo aquarum ordine non abſolute eas meliores ab Hippocrate dici quæ ad orientem; ſed quæ ad orientem æſtiuum vt comparatio hic ſit etiam earum quæ ad orientem ęſtiuum & quę ad hybernum, antea n. dixerat eas eſſe optimas quæ ad orientem æſtiuum. Vide hic etiam in quas te tricas intrices addis ortui differentiam æſtiui, cuius in correctione tua antea non memineras, atque vt eadem ſenex quaſi obliuioſus repetat, rurſum facis; hic enim erit ſolius eius ſententiæ, per te ſenſus. Optimæ ſunt fontanæ aquæ quę ad orientem erumpunt maxime autem quæ ad æſtiuum ſecundum locum tenent quæ inter ortus æſtiuos & hybernos id eſt quę ad orientem, & ex his illę magis quę ad orientem æſtiuum vergunt. Confer has aquas prioribus, & agnoſces non falſo me ſibi obijcere vitium repetitionis & nugationis. Sane autem vt ad alia veniam, ad lectionis ſuæ confirmationem ſumis tu argumentum ex progreſſu Hippocratis, qui quum tertio loco eas aquas ponat quæ inter occaſus æſtiuos & hybernos erumpunt, par eſt vt de ijs quoque egerit quæ inter ortus itidem ęſtiuos & hybernos. Quo loco etsi facile eſt tibi reſpondere, quum occaſui contrarius ſit ortus, de Hippocraticę dignitate breuitatis fuiſſe facta vnius contrarij mentione quid ſentiendum ſit de altero prætermittere, illud tamen ſi velim mecum potius quid res ipſa quærat conſiderare; tum vero quantum ponderis hæc diſputandi ratio habeat, vt tu ipſe iudicium feras. Fontium differentiæ à loco (quod ad hunc Hippocratis locum ſpectat) deſumptæ, petuntur ex eorum vel origine vel progreſſione. Et ex origine quidem ea illis eſt vel in eo terrarum tractu qui ſolis ortum ſpectat, vel in eo qui occaſum, qui meridiem, qui

ſeptentrionem, aut in intermedio illis punctis ſpacio & id quidem etiam vario admodum modo; nempe, quod exortus eorum ſit vel intra ortum & occaſum, intra meridiem & ſeptentrionem; vel intra ortum & meridiem, intra ortum & ſeptentrionem, vel intra occaſum & meridiem, occaſum & ſeptentrionem. Rurſum autem ſi progreſſum ſpectemus, quarum in oriẽte principium eſt, vel in occaſum, vel in meridiem, vel in ſeptentrionem earum eſt decurſus. Et quarum origo eſt in occaſu, progreſſio eſt vel in orientem, vel in meridiem, vel in ſeptentrionem, & quæ exortum habent in meridie, fluxio eſſe poteſt in ſeptentrionem, in orientem, in occidentem ſolem, & poſtremo qui ſcaturium in ſeptentrione, defluere illæ etiam poſſunt in orientem, in occaſum, in meridiem. Harum igitur quum tot ſine differentiæ vide iam quot earum hoc in loco deſiderentur, & quale ſibi ad ſuum profundum propoſitum aſſumpſeris argumentum. Sed ab hoc diſputationis genere ego abhorreo; & qui a primis illis medicinæ parentibus non exquirenda puto omnia, quæ illi etiã inuenere ſi quid in ijs minus forti exquiſiti tradiderint, non admiror priuatim autem hoc in libro de aëre aquis & locis, qui hiſtoricam maiori parti potius quam διδακτικὴν contextam video tractationem, diſſimulanda nobis multa puto, quæ ſi ad examen eſſent reuocanda uix finem facerent dubitandi. Ita quidem ipſum quoque uideas Galenum doctrinæ Hippocraticę alioqui ſtudioſiſſimum, hæc omnia de fontanis aquis quaſi ſuſpecta ſilentio prætereuntem, ſat habuiſſe id dicere, quod quæ ad orientem feruntur ſaluberrimæ ſint, atque id quidem etiam diuerſo quam velle videatur Hippocratis ſenſu, qui quum eas præferas quarum fontes ad orientem emergunt, non progreſſum fontis vt Galenus & poſt eum reliqui, ſed originem ſpectare ſe plane indicat. Redeo ad tuam diſputationem, qua quum ea quæ ille author de ciuitatibus ſcribit fauere ais tuæ ſententiæ,

tiæ,

tiæ,puto,te ea etiam uidiſſe quę de ciuitatibus inter hybernum exortum & hybernum occaſum poſitis ille tradidit;ita ut quum eodem exemplo de aquis non egerit quæ inter hybernum exortum & hybernum occaſum ſunt, nihil etiam neceſſe videatur earum,quas tu uis,meminiſſe.Progrederis deinceps & eadem inculcas, quibus iam puto ſatisfactum. Sed quod ſcribis præterea,permagni tua ſententia intereſſe, ut dicat quis ad orientem,uel dicat inter æſtiuum & hybernum ortum, quoniam qui ,ad orientem , abſoluti dicit, indiuiſibile fere punctum; nempe æſtiuum ſecundum Hippocratem deſcribit, qui autem (inter ortum æſtiuum & hybernum) dici,multam orbis partem circumſcribit. Admiror hic ſane,cur abſolutas orientis prolationē tu æſtiuum interpreteris,& eius punctum indiuiſibile ſtatuas: quaſi quacunque parte oriatur ſol ſiue uere ſiue autumno ſiue hyeme, is non ſit ortus ſolis: atque in eo terrarum tractu qui inter uernum & æſtiuum orientem ſubiacet, nullum ſit ſpacium, nulli fontes. Quæris poſtmodū, quodnam terrarum ſpacium intelligam inter æſtiuum ortum & occaſum. Quid uero inquam aliud quam quodcunque ſpacium terrarum, in quauis orbis regione, quod ita ſitum ſit vt eius fontes ab æſtiuo oriente in occaſum uel ab occaſu in ortum fluant? Ita quidem, qui fontes rectà ab oriente in occaſum uel ab occaſu in ortum feruntur, ad Hippocratis mentem, ſecundo bonitatis loco poni in mea ſcheda aſſerebam,quod à temperarijs ſolis radijs uel mane uel ueſperi illuſtrarentur; ut conuerſo mali ſunt tum omnes quicunque in auſtrum, tum qui inter ortum & occaſum oblique feruntur, de quibus quarto loco agit Hippocrates non modo ut tu ais,de boreali regione, ſed & de auſtrali intelligens, nempe ſi fontes per auſtrales partes ferantur in ortum uel occaſum peſſimi, ſi uero per boreales meliores ſunt, ut ille monet. Hoc pacto nulla facta in contextu uerborum mutatione ſola recti &

obliqui progreſſus fontium eorũ explicatione integer Hippocratis uideretur ſenſus repetitionis & nugarum expers, in quod uitium tua lectio deducebat. At uero ſi tu paulo acutior es, obijcies mihi ſtatim, incidere me in idem uitium repetitionis quando enim me interprete poſitę ſecundo gradu aquæ orientem ſpectant, concurrunt hi ergo cum primi gradus aquis quæ itidem ſpectant Orientem. An fortè Hippocrates de ijs primo loco intelligit, quarum fontes uerè ſub Oriente ſunt Sole: Secundo autem loco de ijs quę alia quidem extra Orientẽ regione ſitæ ſunt, quas tamen Oriens uel Occidens Sol illuſtrat? Sed quicquid tandem de hac re ſentiendum ſit, ingenue profiteor, quod & in mea ſchedâ innuebam, eſſe hoc loco aliquid adhuc, imo uero multa, & non in hoc modo loco, ſed toto in eo opere, quę mihi non ſatisfaciant. De qua re quando nouam Hippocratis editionem à uiro doctiſſimo adornari intelligo, ut auidiſſimè expecto dignum illius uiri doctrina aliquid, ita quod ad hunc locum pertinet præterire non poſſum, quin tibi communicem quid mihi nonnunquam in mentem uenerit. Quum enim Græcè legatur, δεύτερα δὲ τῶν καὶ μεταξὺ τῶν θερινῶν ἀνατολέων &c. ſi pro θερινῶν ἐαρινῶν legeretur, id eſt pro æſtiuo uernum uidebatur ſublata iri facillima unius literulæ θ in α conuerſione in Hippocratis ſententia controuerſia, at non pauca habeo quæ tum ne hæc quoque lectio recipiatur, tunc ne omnino niſi cum ueterum, uel ſcriptorum, uel codicum fidę, uel cum fructu aliquo maximo, aliquid hoc loco immutetur, ſuadeant. Quæ mea opinio, ſi tibi Vir doctiſs. non ſatisfaciat, noſti illud, Tres mihi conuiuæ prope diſſentire uidentur. Poſcentes uario multum diuerſa palato. Vale & Collegum tui ſtudioſiſſimum intellige.

EX AD-

Ex Adnotationibus noſtris in Auicennam. 1. Can. f. 2. doctr. 2. cap. 16.

AT vero quod ad fontanæ aquæ laudes pertinet, plurimùm quidem intereſt quo ſolo & quo cælo eius ſit, tum ortus, tum progreſſus. De qua re quanquam non pauca libro de aëre aquis, & locis ſcripta ſunt, eſt tamen aliquid quod in eo loco deſideres, tum de ſolo tum de cęlo. De ſolo quidem, quod quum eas ille author maxime improbet quæ petroſo ſolo ſcaturiunt, & Galenus quoq; referente Oribaſio eas, quę per terram puram labuntur magis probet, quod & Auicennas noſter hoc loco, cõtra tamen ſuadet ratio, quibus per ſaxa eſt lapſus (ſi illę modo æque atq, alię, orientę aſpectent ſolem) illas fracta quaſi attenuataq; earũ craſſitiè ac duritie omni vt ſalubriores cenſeamus. Sed & de Cęlo eſt vt dubites. Quum enim eas aquas maxime omnium ille author probet quarũ fontes ad æſtiuos ſolis exortus erumpunt; tum ſecundo loco quę inter æſtiuos exortus, & occaſus, magis autem quæ ad exortus; ac tertio eas quę inter occaſus æſtiuos & hybernos, & quarto eas damnet quæ inter æſtiuum ortũ & occaſum, magis autem quæ ad auſtrum, quam quæ ad boream; non paruus hic ſcrupulus occurrit. Quando enim aduerſa ſunt originis, & progreſſus aquæ loca vnde nam aquarum bonitatis argumentum ſumendum ſit ab exortu ne an à progreſſu, non ſatis conſtat. Et ortum quidem non autem progreſſum ſpectaſſe ille author videtur iis verbis, quibus fontanas aquas cæteris præfert, quarum fontes ad ſolis ortum ἐῤῥωγασι, erumpunt. Contra tamen aliud res ipſa dictat. Quarũ profecto aquarum origo eſt ad orientem, earum decurſus erit vel in occaſum, vel in meridiem, vel in borealem regionem. Ac ſi in meridiem, decurrente quidem aqua per eandem per quam ſol decurrit viam, continuo ſolis feruore tenuiores aquæ partes abſumente ſalſuginoſam & omnino peſſimam reddi aquam neceſſe eſt.

Si

Si in Boream flectat, dum deſtituitur ſolis radijs, & occurrentium ex boreali ora ventorum vi perfrigeratur, dulcis quidem ſed coctu tamen difficilis fuit, id quod rurſum itidem futurum eſt ſi in occidentem ſolem feratur quanquã enim quia minus quam ſuperior a radijs ſolis abeſt, futurum eſt vt plus coctionis ſuſcipiat; ventorum tamen qui impuri ex ea efflant regione occurſu vitij aliquid vt recipiat eſt neceſſe. Ex his igitur, contra quam ſcribere Hippocrates videatur, non exortus ſed progreſſus potius fontanæ aquæ obſeruandus, ita vt præferri ea; quidem cæteris debeat, quæ inter æſtiuos exortus & occaſus, magis autem quæ ad exortus fluit, ſed longe alio ſenſu quam ea Hippocratis vox πρὸς ἠῶ ſignificare videatur: nempe, quæ ſub cœli cardine alio ortum habens in orientem fluit. Ita quidem Auicennas hoc loco progreſſum non ortum fontanæ aquæ ſpectans, eas præponit cæteris quæ in orientem præcipue æſtiuum feruntur; tum autem quæ in ſeptentrionem: quæ vero in meridiem & occidentem damnat; & tunc quidem maxime, vbi meridionales venti perflant. Hæc igitur de Hippocratis ſententia faciant dubitationem. Sed & loco eodem quum eas aquas, maxime omnium probet, quarum fontes ad æſtiuos ſolis ortus erumpant, tum ſecundo loco quæ inter æſtiuos exortus & occaſus, magis autem quę ad exortus, ac tertio eas quæ inter occaſus æſtiuos & hybernos, & quarto eas damnet quæ inter æſtiuum ortum & occaſum, magis autem quæ ad auſtrum quam quæ ad boream; aperta hic controuerſia eſt. Quas enim ſecundo & proximo optimis loco poſuerat, quarto loco vt deterrimas planiſſima oratione deteſtatur. Adde hoc etiam.

At vero ſit illud primum nobis conſtitutum, quũ quatuor mũdi ſint cardines, ad ſolis ortum atq; occaſum, ad meridiẽ ac ſeptentrionem, duplicem cogitare nos poſſe eius, quæ eſt ab oriente in occidens progreſſionis rationem, alteram quæ

re-

recta quaſi linea ab vno ad alterum protracta abſoluatur, alteram quę obliquo itinere per meridiem ab ortu in occaſum, contraq; ab occaſu in ortum reflectatur, Itaq; his poſitis, ſi fontis exortus ſit ab oriente, progreſſio autem ſit per rectã lineam ab ortu in occaſum; vel ſi oriatur fons ab occaſu, decurſus autem rectus ſit ab occaſu in ortum; aquam profecto vtranquè, tum quæ mane à ſole illuſtratur in ortu, tum quæ in occaſu veſperi, quis temperie illa ſolis concoctam humanis vſibus vtilem non cenſeat, maxime vero quæ ad orientem? Rurſum etiam ſiue aquæ origo ſit ad ortum, ſiue ad occaſum, vbi eius decurſus ſit per meridiem, quis eam probet? peſſimam quidem illam eſſe neceſſe eſt cuius tenuiores partes meridiani ſolis æſtu abſumantur, iis ſuperſtitibus quæ ſalſuginis ſunt cauſa. An ergo duplici illa ſententia hoc ipſum docet Hippocrates? Ita quidem qui fontes inter æſtiuum ortum & occaſum, id eſt ab ortu ad occaſum, vel ab occaſu ad ortum recto tramite non per meridiem fluunt non indigni ſunt qui ſecundo loco poſt optimas probentur ut ille probat, præſertim vbi non ad occaſum ſit curſus, ſed & is ait ad orientem, at ſi non recta ferantur uia, ſed ad meridiem deflectant, atque ut ille ait ad auſtrum, quamuis ab ortu ad occaſum decurrant, uel è contrario ab occaſu ad ortum, eiuſcemodi tamen illi ſunt ut careant omni commendatione. Hæc uoluiſſe Hippocratem (ſi liceat diuinare) ego quidem dixerim, quanquam quod in tam breui ſententia eaſdem voces diuerſo uſurpet ſignificatu non ſit ſine admiratione & mendi alicuius in contextu ſuſpicione.

AD

tatiorum aliquid viuentem edidiſſe non memini apud veterum ſcriptorum aliquem obſeruaſſe, non edidiſſe autem præter alia quæ ſuadent, id maximo eſſe argumenro poteſt, quod in iјs ipſis, quos vt legitimos omnes agnoſcunt quædam interdum ab Hippocraticis placitis diſſentanea Gal. etiam teſtimonio occurrunt, alia prætio modum obſcura, quædam ijſdem ac diuerſis libris repetita, plura diſſolute, ſine ordine, prætereaque rectam ſcribendi rationem tradita, quam tantum virum vt non latuiſſe certum eſt, ita ſua illa, non vt decet, exculta, non abſoluta dediſſe illum ipſum in vulgus, probabile non videtur. Itaque libros primæ ac ſecundæ claſſis vnius eſſe ordinis hæc fortaſſe etiam concludant. De tertiæ autem claſſis operibus vt reliqua ſummo iudicio à doctiſſimo Viro digeſta aſſentiar de Coacis tamen ſententijs quid in mentem nonnunquam mihi venerit, dicam. Hæc igitur Commentaria vt non eſſe Hippocratis legitima, tum alia tum Galeni teſtimonium docet; ita an ea Hippocrate priora an poſteriora an eodem tempore conſcripta ſint ſæpe dubitaui. Quanuis enim Galenus quiquid in his ipſis atque in prorrheticis veri eſt, ex aphoriſmis, præſagijs, & libris vulgarium morborum deſumptum ſcribat; ſi tamen vt ratio poſtulat, meliori ordine res doceri ab eo debet qui poſteriori loco ſcribit; ordo certe qui in prognoſticis, prorrheticis, atq; in Aphoriſmis alicubi melior quam in Coacis obſeruatur, hos Hippocrate vetuſtiores eſſe, & ex ijs Hippocratica multa excerpta niſi Galeni obſiſteret authoritas ſuadebat, at rurſum tamen quum quædam in Coacis meliori ſtent modo quam in ſuperioribus, certe aut fuiſſe has illis poſteriores, aut eodem tempore Hippocratem & Coacarum authorem, ex eodem fortaſſe agro vetuſtiorum laboribus atque obſeruationibus exculto ſua deſcripſiſſe, non videtur à vero admodum diſſimile. Eſt mihi etiam de libello de alimento ſcrupulus. Si enim ſermonis breuitas,

obſcuritas

obſcuritas, grauitas, & ſententiarum copia Hippocraticæ doctrinæ indices ſunt, cur non eum quoq; germanum Hippocratis fœtum cenſeamus? præſertim vero, quum tot locis varias ex eo ſententias & mutuetur, & nobis bona fide vt Hippocraticas proponat? alioqui etiam vbi nam illum vel Galenus vel alius probatæ fidei ſcriptor neget eſſe Hippocratis nuſquam vidi: niſi ſi cum aliorum librorum enumeratione eius Galenus non meminerit admirandum illi erit, qui eundem nuſquam Hippocratis operum omnium numerum ex inſtituto proponere obſeruarit. De quartæ autem Claſſis operibus,& ſi hac de re alia alijs eſt opinio,& recentiorum aliqui, eorum multa ad veram Hippocraticam Doctrinam doctiſſimis argumentis diligentiaque atque eruditione non vulgari referre nituntur:quum eos tamen libros omnes non vnius eſſe authoris partus, magna quæ inter ipſos diſſimilitudo eſt patefaciat;& alium alijs ordinem citra controuerſiam præſcribat;recte quoq; mea ſententia ſpuriorum claſſis quarto loco inſtituta eſt: non recte autem Magiſtro vni omnia illa, aut tam multa aſcribuntur. Hæc tandem Aldrouande doctiſſime mihi alijs quidem ſtudijs implicato, ſed auidiſſime tamen cenſuram librorum Hippocratis percurrenti nunc in mentem venere qua tamen in re, quum ſuſtinendum mihi aſſenſum putem, tu nunc velim tibi à me ſatisfactum exiſtimes,quod tuis iuſſis obtemperauerim; doctiſſimo vero illius cenſuræ authori illud ſit perſuaſum me & ſummam voluptatem de eius ſcriptis cæpiſſe, & de Hippocraticæ ſcholę ſplendore eius doctrina induſtriaq; reſtituendo, magnam concepiſſe opinionem. Vale Vir doctiſſimæ,& Coſtæum tuæ dignitatis ſtudioſiſſimum ama vt ſoles.

LOCVS HIPPOCRATIS EX LIBRO DE AERE, Aquis, & locis, declaratus.

AD EXCELLENTISS. VIRVM Bernardinum Caium Medicum Venetum.

DE Hippocratici loci illius obſcuritate quid ego ſum tamdiu ſuſpicatus, ſcripſi ad te V. Doctiſs. in ſuperiotibus quid etiã impelleret me, & ne caſtigationi tuę ſubſcriberem, amice ſignificaui. Inſtas tu tamen, & diſſimulãs uim earum rationum quibus in diuerſam ego te trahere ſententiam tentabam, affers multa, quæ tueri partes tuas, noſtram autem eius loci explicationem infirmare poſſe videantur. Tu nunc audi & expende mecum diligenter, an iure dixerim fore, vt ex ſua iſta lectione Hippocratis in repetitionem eiuſdem rei, in controuerſiam, atque in nugationem adduceretur. Dixerat is primum præſtantiſſimas omnium fontanas eſſe aquas quæ ad orientem emergunt. Ex tua autem lectione ſubdit, ſecundum habere locum eos qui inter ortus æſtiuos & hybernos. At quæ inter ortus æſtiuos & hybernos ſunt, ad orientem emergunt, præſtantiſſimæ igitur hæ ipſæ ſunt aliarum, hæ autem quæ inter ortus æſtiuos & hybernos, per te ab Hippocrata ſecundo loco commendantur: quæ igitur ſecundo loco ponuntur, primo loco ponuntur: & quas ſemel propoſuerat, repetit etiam ſecundo loco, ſic controuerſia & repetitio quam dicebam. Subdit autem is

tem is de his ipſis quas ſecundo loco propoſuit, eas eſſe meliores quæ ad orientem: Ex ijs igitur quæ ad orientem ſunt, eæ meliores ſunt quæ ad orientem. Nugæ hę ſunt, vt vides: & ex tua hæ prodeunt caſtigatione. At reſpondes in hoc ſecundo aquarum ordine non abſolute eas meliores ab Hippocrate dici quæ ad orientem; ſed quæ ad orientem æſtiuum vt comparatio hic ſit etiam earum quæ ad orientem ęſtiuum & quę ad hybernum, antea .n. dixerat eas eſſe optimas quæ ad orientem æſtiuum: Vide hic etiam in quas tricas intrices addis ortui differentiam æſtiui, cuius in correctione tua antea non memineras; atque vt eadem ſenex quaſi obliuioſus repetat, rurſum facis; hic enim erit ſolius eius ſententiæ, per te ſenſus. Optimæ ſunt fontanæ aquæ quę ad orientem erumpunt maximo autem quæ ad æſtiuum ſecundum locum tenent quæ inter ortus æſtiuos & hybernos id eſt quę ad orientem, & ex his illę magis quę ad orientem æſtiuum vergunt. Confer has aquas prioribus, & agnoſces non falſo me ſibi obijcere vitium repetitionis & nugationis. Sane autem vt ad alia veniam, ad lectionis ſuæ confirmationem ſumis tu argumentum ex progreſſu Hippocratis, qui quum tertio loco eas aquas ponat quæ inter occaſus æſtiuos & hybernos erumpunt, par eſt vt de ijs quoque egerit quæ inter ortus itidem ęſtiuos & hybernos. Quo loco cum facile eſt tibi reſpondere, quum occaſui contrarius ſit ortus, de Hippocraticę dignitate breuitatis fuiſſe facta vnius contrarij mentione quid ſentiendum ſit de altero prætermittere, illud tamen ſi velim mecum potius quid res ipſa quærat conſiderare; tum vero quantum ponderis hæc diſputandi ratio habeat, vt tu ipſe iudicium feras. Fontium differentiæ à loco (quod ad hunc Hippocratis locum ſpectat) deſumptæ, petuntur ex eorum vel origine vel progreſſione. Et ex origine quidem ea illis eſt vel in eo terrarum tractu qui ſolis ortum ſpectat, vel in eo qui occaſum, qui meridiem, qui

ſeptentrionem, aut in intermedio illis punctis ſpacio & id quidem etiam vario admodum modo; nempe, quod exortus eorum ſit vel intra ortum & occaſum, intra meridiem & ſeptentrionem; vel intra ortum & meridiem, intra ortum & ſeptentrionem, vel intra occaſum & meridiem, occaſum & ſeptentrionem. Rurſum autem ſi progreſſum ſpectemus, quarum in oriẽte principium eſt, vel in occaſum, vel in meridiem, vel in ſeptentrionem earum eſt decurſus. Et quarum origo eſt in occaſu, progreſſio eſt vel in orientem, vel in meridiem, vel in ſeptentrionem, & quæ exortum habent in meridiẽ, fluxio eſſe poteſt in ſeptentrionem, in orientem, in occidentem ſolem; & poſtremo qui ſcaturium in ſeptentrione, defluere illæ etiam poſſunt in orientem, in occaſum, in meridiem. Harum igitur quum tot ſint differentiæ vide iam quot earum hoc in loco deſiderentur, & quale ſibi ad ſuum profundum propoſitum aſſumpſeris argumentum. Sed ab hoc diſputationis genere ego abhorreo; & qui a primis illis medicinæ parentibus non exquirenda puto omnia, quæ illi etiã inuenere ſi quid in ijs minus forti exquiſiti tradiderint, non admiror priuatim autem hoc in libro de aëre aquis & locis, qui hiſtoricam maiori parti potius quam διδακτικὴν contextam video tractationem, diſſimulanda nobis multa puto, quæ ſi ad examen eſſent reuocanda uix finem facerent dubitandi. Ita quidem ipſum quoque uideas Galenum doctrinæ Hippocraticę alioqui ſtudioſiſſimum, hæc omnia de fontanis aquis quaſi ſuſpecta ſilentio prætereuntem, ſat habuiſſe id dicere; quod quæ ad orientem feruntur ſaluberrimæ ſint, atque id quidem etiam diuerſo quam velle videatur Hippocratis ſenſu, qui quum eas præferas quarum fontes ad orientem emergunt, non progreſſum fontis vt Galenus & poſt eum reliqui, ſed originem ſpectare ſe plane indicat. Redeo ad tuam diſputationem, qua quum ea quæ ille author de ciuitatibus ſcribit fauere ais tuæ ſenten-

tiæ, puto te ea etiam uidiſſe quę de ciuitatibus inter hybernum exortum & hybernum occaſum poſitis ille tradidit; ita ut quum eodem exemplo de aquis non egerit quæ inter hybernum exortum & hybernum occaſum ſunt, nihil etiam neceſſe uideatur earum, quas tu uis, meminiſſe. Progrederis deinceps & eadem inculcas, quibus iam puto ſatisfactum. Sed quod ſcribis præterea, permagni tua ſententia intereſſe, ut dicat quis ad orientem, uel dicat inter æſtiuum & hybernum ortum, quoniam qui ad orientem, abſoluti dicit indiuiſibile fere punctum; nempe æſtiuum ſecundum Hippocratem deſcribit, qui autem (inter ortum æſtiuum & hybernum) dici, multam orbis partem circumſcribit. Admiror hic ſane, cur abſolutas orientis prolationē tu æſtiuum interpreteris, & eius punctum indiuiſibile ſtatuas: quaſi quacunque parte oriatur ſol ſiue uere ſiue autumno ſiue hyeme, is non ſit ortus ſolis: atque in eo terrarum tractu qui inter uernum & æſtiuum orientem ſubiacet, nullum ſit ſpacium, nulli fontes. Quæris poſtmodū, quodnam terrarum ſpacium intelligam inter æſtiuum ortum & occaſum. Quid uero inquam aliud quam quodcunque ſpacium terrarum, in quauis orbis regione, quod ita ſitum ſit vt eius fontes ab æſtiuo oriente in occaſum uel ab occaſu in ortum fluant? Ita quidem, qui fontes rectà ab oriente in occaſum uel ab occaſu in ortum feruntur, ad Hippocratis mentem, ſecundo bonitatis loco poni in mea ſcheda aſſerebam, quod à temperarijs ſolis radijs uel mane uel ueſperi illuſtrarentur; ut conuerſo mali ſunt tum omnes quicunque in auſtrum, tum qui inter ortum & occaſum oblique feruntur, de quibus quarto loco agit Hippocrates non modo ut tu ais, de boreali regione, ſed & de auſtrali intelligens; nempe ſi fontes per auſtrales partes ferantur in ortum uel occaſum peſſimi, ſi uero per boreales meliores ſunt, ut ille monet. Hoc pacto nulla facta in contextu uerborum mutatione ſola recti &

obliqui progreſſus fontium eorũ explicatione integer Hippocratis uideretur ſenſus repetitionis & nugarum expers, in quod uitium tua lectio deducebat. At uero ſi tu paulo acutior es, obijcies mihi ſtatim, incidere me in idem uitium repetitionis quando enim me interprete poſitę ſecundo gradu aquæ orientem ſpectant, concurrunt hi ergo cum primi gradus aquis quæ itidem ſpectant Orientem. An fortè Hippocrates de ijs primo loco intelligit, quarum fontes uerè ſub Oriente ſunt Sole. Secundo autem loco de ijs quę alia quidem extra Orientẽ regione ſitæ ſunt, quas tamen Oriens uel Occidens Sol illuſtrat? Sed quicquid tandem de hac re ſentiendum ſit, ingenue profiteor, quod & in mea ſcheda innuebam, eſſe hoc loco aliquid adhuc, imo uero multa, & non in hoc modo loco, ſed toto in eo opere, quę mihi non ſatisfaciant. De qua re quando nouam Hippocratis editionem à uiro doctiſſimo adornari intelligo, ut auidiſſimè expecto dignum illius uiri doctrina aliquid, ita quod ad hunc locum pertinet præterire non poſſum, quin tibi communicem quid mihi nonnunquam in mentem uenerit. Quum enim Græcè legatur, δεύτερα δὲ τῶν τὰ μεταξὺ τῶν θερινῶν ἀνατολέων &c. ſi pro θερινῶν ἠερινῶν legeretur, id eſt pro æſtiuo uernum uidebatur ſublata iri facillima unius literulæ θ in α conuerſione in Hippocratis ſententia controuerſia, at non pauca habeo quæ tum ne hæc quoque lectio recipiatur, tunc ne omnino niſi cum ueterum, uel ſcriptorum, uel codicum fide, uel cum fructu aliquo maximo, aliquid hoc loco immutetur, ſuadeant. Quæ mea opinio, ſi tibi Vir doctiſs. non ſatisfaciat, noſti illud, Tres mihi conuiuæ prope diſſentire uidentur. Poſcentes uario multum diuerſa palato. Vale & Colleum tui ſtudioſiſſimum intellige.

EX AD-

Ex Adnotationibus noſtris in Auicennam. 1. Can. f. 2. doctr. 2. cap. 16.

AT vero quod ad fontanæ aquæ laudes pertinet, plurimùm quidem intereſt quo ſolo & quo cælo eius ſit, tum ortus, tum progreſſus. De qua re quanquam non pauca libro de aëre aquis, & locis ſcripta ſunt, eſt tamen aliquid quod in eo loco deſideres, tum de ſolo tum de cęlo. De ſolo quidem, quod quum eas ille author maxime improbet quæ petroſo ſolo ſcaturiunt, & Galenus quoq; referente Oribaſio eas, quę per terram puram labuntur magis probet, quod & Auicennas noſter hoc loco, cõtra tamen ſuadet ratio, quibus per ſaxa eſt lapſus (ſi illę modo æque atq, alię, orięntę́ aſpectent ſolem) illas fracta quaſi attenuataq; earũ craſſitiè ac duritie omni vt ſalubriores cenſeamus. Sed & de Cęlo eſt vt dubites. Quum enim eas aquas maxime omnium ille author probet quarũ fontes ad æſtiuos ſolis exortus erumpunt; tum ſecundo loco quę inter æſtiuos exortus, & occaſus, magis autem quæ ad exortus: ac tertio eas quę inter occaſus æſtiuos & hybernos, & quarto eas damnet quæ inter æſtiuum ortũ & occaſum, magis autem quæ ad auſtrum, quam quæ ad boream; non paruus hic ſcrupulus occurrit. Quando enim aduerſa ſunt originis, & progreſſus aquæ loca vnde nam aquarum bonitatis argumentum ſumendum ſit ab exortu ne an à progreſſu, non ſatis conſtat. Et ortum quidem non autem progreſſum ſpectaſſe ille author videtur iis verbis, quibus fontanas aquas cæteris præfert, quarum fontes ad ſolis ortum ἐῤῥώγασι, erumpunt. Contra tamen aliud res ipſa dictat. Quarũ profecto aquarum origo eſt ad orientem, earum decurſus erit vel in occaſum, vel in meridiem, vel in borealem regionem. Ac ſi in meridiem, decurrente quidem aqua per eandem per quam ſol decurrit viam, continuo ſolis feruore tenuiores aquæ partes abſumente ſalſuginoſam & omnino peſſimam reddi aquam neceſſe eſt.

Si

Si in Boream flectat, dum deſtituitur ſolis radijs, & occurrẽtium ex boreali ora ventorum vi perfrigeratur, dulcis quidem ſed coctu tamen difficilis fuit, id quod rurſum itidem futurum eſt ſi in occidentem ſolem feratur quanquã enim quia minus quam ſuperior a radijs ſolis abeſt, futurum eſt vt plus coctionis ſuſcipiat; ventorum tamen qui impuri ex ea efflant regione occurſu vitij aliquid vt recipiat eſt neceſſe. Ex his igitur, contra quam ſcribere Hippocrates videatur, non exortus ſed progreſſus potius fontanæ aquæ obſeruandus, ita vt præferri ea, quidem cæteris debeat, quæ inter æſtiuos exortus & occaſus, magis autem quæ ad exortus fluit, ſed longe alio ſenſu quam ea Hippocratis vox ἐρρώγασι ſignificare videatur: nempe, quæ ſub cœli cardine alio ortum habens in orientem fluit. Ita quidem Auicennas hoc loco progreſſum non ortum fontanæ aquæ ſpectans, eas præponit cæteris quæ in orientem præcipue æſtiuum feruntur; tum autem quæ in ſeptentrionem: quæ vero in meridiem & occidentem damnat; & tunc quidem maxime, vbi meridionales venti perflant. Hæc igitur de Hippocratis ſententia faciant dubitationem. Sed & loco eodem quum eas aquas, maxime omnium probet, quarum fontes ad æſtiuos ſolis ortus erumpant, tum ſecundo loco quæ inter æſtiuos exortus & occaſus, magis autem quę ad exortus, ac tertio eas quæ inter occaſus æſtiuos & hybernos, & quarto eas damnet quæ inter æſtiuum ortum & occaſum, magis autem quæ ad auſtrum quam quæ ad boream; aperta hic controuerſia eſt. Quas enim ſecundo & proximo optimis loco poſuerat, quarto loco vt deterrimas planiſſima oratione deteſtatur. Adde hoc etiam.

At vero ſit illud primum nobis conſtitutum, quũ quatuor mũdi ſint cardines, ad ſolis ortum atq; occaſum, ad meridiẽ ac ſeptentrionem, duplicem cogitare nos poſſe eius, quæ eſt ab oriente in occidens progreſſionis rationem, alteram quæ

re-

recta quaſi linea ab vno ad alterum protracta abſoluatur, alteram què obliquo innere per meridiem ab ortu in occaſum contraq; ab occaſu in ortum reflectatur, Itaq; his poſitis, ſi fontis exortus ſit ab oriente, progreſſio autem ſit per rectâ lineam ab ortu in occaſum; vel ſi oriatur fons ab occaſu, decurſus autem rectus ſit ab occaſu in ortum; aquam profecto vtranque, tum quæ mane à ſole illuſtratur in ortu, tum quæ in occaſu veſperi, quis temperie illa ſolis concoctam humanis vſibus vtilem non cenſeat, maxime vero quæ ad orientem? Rurſum etiam ſiue aquæ origo ſit ad ortum, ſiue ad occaſum; vbi eius decurſus ſit per meridiem, quis eam probet? peſſimam quidem illam eſſe neceſſe eſt cuius tenuiores partes meridiani ſolis æſtu abſumantur, iis ſuperſtitibus quæ ſalſuginis ſint cauſa. An ergo duplici illa ſententia hoc ipſum docet Hippocrates? Ita quidem qui fontes inter æſtiuum ortum & occaſum, id eſt ab ortu ad occaſum; vel ab occaſu ad ortum recto tramite non per meridiem fluunt non indigni ſunt qui ſecundo loco poſt optimas probentur ut ille probat, præſertim vbi non ad occaſum ſit curſus, ſed & is ait ad orientem, at ſi non recta ferantur uia, ſed ad meridiem deflectant, atque ut ille ait ad auſtrum, quamuis ab ortu ad occaſum decurrant; uel è contrario ab occaſu ad ortum, eiuſcemodi tamen illi ſunt ut careant omni commendatione. Hæc uoluiſſe Hippocratem (ſi liceat diuinare) ego quidem dixerim, quanquam quod in tam breui ſententia eaſdem voces diuerſo uſurpet ſignificatu non ſit ſine admiratione & mendi alicuius in contextu ſuſpicione.

AD

AD OBIECTA IN NOSTRAS MESVES ADNOTATIONES

RESPONSIO.

POST domeſticas calamitates, poſt publici muneris occupationes tantum demum ſum nactus ocij Vir doctiſſime, ut hæc ad te pauca, tumultuaria illa quidem, ſed libero tamen & ingenuo prorſus dictata ingenio ſcriberem. Quod in meas. tu. Meſue adnotatiōes animaduerteris multis tibi nominibus debeo; ac primùm quod uideo aliquam apud te fuiſſe ſcriptorum noſtrorum authoritatem in quorum lectione temporis aliquid impenderis, dehinc quod quum ex multis illis non multa obeliſco notaris, probaſſe reliqua uideris, ex quo illud Corrolarium. Si Alexandro noſtra non omnino reprehenſione digna uiſa ſunt, fore ut cæteris quoque qui in litteris ullum habent uel iudicium uel nomen, non prorſus minimi futuræ ſint noſtræ lucubrationes. Accedit & humanitas tua, cuius opera eſt, quod priuſquam ad tui illius operis nouam accedas editionem tam amice admonitum me uoluiſti, ut ſi quid mihi ſuperſit, quo meas tuerer partes, indicarem. Age ergo ut tibi ſatisfaciam. De propoſita primo loco diſputatione, deque regula vnde mellis ego menſuram elicio, in ijs obſeruādam medicamentis quæ à Meſ. præſcriptionem certam non habent, quod coram dixi, me non tam medicamenti conſiſtentiam quam tutum eius vſum, & ſcriptoris mentem obſeruaſſe: id ipſum nunc repeto, neque me quidem latet in com

ponen-

ponendis medicamentis præter vſum illorum quoque elegantiam & conſeruationem ſpectandam, ſed horum quamuis ſummam ſemper habendam rationem exiſtimem præſtantiſſimum tamen in omni opere Medico arbitror, vt tuto curemus id quod quidem facere non poterit qui eorum menſuram non norit, quę in antidotis purgãdi vim habent, & qui pro eorum vi medicamento parcius, & largius vti ignorarit. Quod ſi ex huius noſtrę legis obſeruatione accidat vt medicamentum ex dactylis diffluat & ſubferueſcat vt tu ais, noſtra ſane non multum intereſt, qui Meſuæ tantum conſilium perquirimus, & eius Medicamenti non conſiſtentiã inquirimus ſed vires eo referre ſtudemus vt ex Meſuæ præſcripto drachmæ decem tuto poſſint exhiberi, id quod non alia quidem video fieri poſſe ratione quam ex obſeruata lege quam nos ſcripſimus Aut ergo largiori mellis copia (quod nos facimus.) reprimenda medicamentorum purgantium quę in diaphænico aſſumuntur audacia eſt ſi decem drachmę dandę ſunt aut de Meſuę licentia detrahendum, neque ferendum quod ille ſcribit. Vtrum horum agendum, aliorum eſto iudicium. Sed illud addamus, impoſitum tibi ab imperito aliquo fuiſſe pharmacopæo. Mel tu noſti: coctione craſſeſcere, & quidem etiam valde, coctione multa, vt ex eo glandes parentur, quid ergo impedit quin Medicamentum ex dactylis longiori coctione ad mediocrem ducatur conſiſtẽtiam, in quo præſertim tot ſunt pulueres & res alię quę ſiccare & incraſſeſcere potius poſsũt quàm fluidum facere? Ad hyerã Hermetis accedo in cuius examine non me latuit fore qui obijcerent quod tu obijcis, paruam illam eſſe mellis copiam, neque tantam quæ vix paſtillo nedum electuario parando eſſet ſatis, ſed rurſum dico non tam ſpectandum conſiſtentiã medicamenti quam ſcriptoris conſilium qui eius drachmas duas integris eſſe viribus putat, id quod non erit ex vulgata mellis menſura.

Quod

Quod ſi in hac & in alijs præterea medicamentis præſcripta à nobis lex non omnino quadret, ut in Hyera Archig. ex Paulo,& alijs quibuſdam, ſua ſit apud eos qui illorum medicamentorum fuerunt authores culpa, mihi verò certam & tutam inquirenti rationem curandi, aſſentiri potius par eſt eis qui non conſenſum uulgi, ſed ducem ſequuntur rationem. Veniamus ad ea quę de Nardo. Quod in Philonio ego pro nardo contra Galeni ſententiam Phu uelim poni, obijcis tu nō aduertiſſe me, Philonem per nardum Piſſęum Indum nardum intellexiſſe, ſic appellatum obſtatuam in Piſſa factam;quæ Indiæ regio eſt. Atqui id me antea quam de nardo ſcriberem docuerat Galenus. Sed ipſum hic Galenum ſui & tui erroris teſtem afferamus qui de nardo illic agens hęc uerba habet (uult autem eam Ereticam eſſe quum ait ab ipſa terra Peſſæo quæ Iouę clara manet) His uides Galenum creticum nardum uelle, non ut tu ais Indicum quare de ſtatua illa piſſæa agere quum primum incipit, ait (quidam vero non creticam terram ſed Indam eſſe nominatam aiunt) quoſdam dicit Indam intellexiſſe, quaſi ijs ipſe non aſſentiatur. Subdis tu ubi falſo radicem phu ipſum appellari conſtabit unquam? Quorſum id Philo ſcripſerit diuinandum certe eſt. An forte eius tempeſtate erant qui phu radicem nardi appellarent? quam propterea nuncupationem falſam ait, quod radix nardi ex communi loquendi uſu de Indo nardo intelligeretur. De Aſaro quod dixerim uim eius purgatoriā fuiſſe græcis ignoratam, & deberi Arabibus, obijcis Dioſcoridem qui ſane Aſari radices ex mulſa menſes ducere ait,& veratri albi modo purgare. Contra tamen eius vſum certum eſt fuiſſe à Galeno ignoratum, qui in hiera ſolam aloen purgare notat, qui in lib. ſimpl. med. de purgatrice eius vi nihil, putandum ergo eſt aſari vires purgatorias licet à Dioſcoride antea memorię traditas,nondum tamen Galeni tempore gręcis probe fuiſ-

ſe

ſe exploratas,& certiori experimento comprobatas, neque enim ſoluiſſe Galenus his in rebus alioqui diligentiſſimus; non ergo ptorſus temere ignotas eas gręcis dixi, & debere nos eius rei notitiam Arabibus,qui quidem vt & multorum aliorum aſari certam facultatem frequentiori vſu experti, clarioribus litteris illuſtrarunt. Coralliũ dehinc album putas tu iuncum eſſe Theophraſti petroſum, quod & alios ſenſiſſe noui. Tu vero dum ineptias noſtras accuſas vide ne vel in ſcirpo nodum quęras. Iuncum illum Theophraſtus ait non diſcerni iuncis, quam autem tu cũ iuncis in corallio noſtro albo ſimilitudinẽ aſpectaſti? ſunt ne ijs frequentes nodi vt in corallio? Subdis de myrrha & Tragaiantha quędam, quę quia quorſum ſcribas, quid in me animaduertas non video id abs te commonefieri expectabo. De amigdalis quędam ſubiungis. Sed paucis. Diaphænicon flatuum gratia recipere aniſum daucum & alia eiuſmodi certus ſum, at dulces amigdalas corrigere aſſero ſiccitatem, quam Turbith ipſum Meſuę admonitu inuehere ſolet, non ergo Diaphenicon ad ſiccitatem parari ais. De dactijlorum maceratione. Quum eos ego ſcriberem ante macerandos dehinc ponderandos,non ignorabam ſecus agere Auicennam & Seraphinum id enim ſignificaui. Sed quando ſequenda nobis eſt Meſuę deſcriptio,ex eius quoque conſilio puto antea eſſe macerandos, Quid tu ad hęc? plus iuſto ais excedere videtur. Quid excedit? acetumne? at dixi neque tam obſtare aceti copiam imo quia id ſui tenuitate pituitoſa excrementa altius etiam defixa attenuare poteſt,maiorem eius in purgando eſſe vſum quam dactijlorũ qui cum aſtrictione ſua ventriculo robur tantum prębere poſſint, contra etiam poſſunt ſui copia vires retundere purgatricis. Addis de lacca quędam, de qua re quid ego ſentiam vt explicem non dat nunc temporis anguſtia,alias intelliges, vbi plane concocta pleuritis fuerit qua diuinaſti tu fortaſſe me laborare

quum

quum pleuriticum vocaſti inſidet enim illa mihi plures iam menſes ſiniſtrò lateri & proximos ęſtiuos calores moratur vt ſuam maturitatem habeat. Quid deinceps ex Meſarugio de aſſa fętida velis niſi explicatius ſcripſeris non intelligo. De caſſiæ vſu quid ſcripſerim & membranas & corticem à quibuſdam dari purgandi & detergendi gratia negligentiam tu noſtrā reprehendis & experimentum obijcis. Quare, ego contra tuam non accuſem reprehendendi alios auiditatem. ſatisfaciat experimentùm. Veneti plerique Medici membranas caſſiæ atramentum interſtinguentes ſimul incidunt cum pulpa & tapellatam caſſiam vocant dum præſcribunt ſeplaſiarijs formulam ſic expurgat largius quam ſine membranis. Cortices vero miror ſi dum mulieris purgationis datur gratia nunquam ſubduxiſſe aluum animaduerteris. In aloe, quum diſſero Meſ. non aduerſari Dioſc. aut Plinio reuocas me ad Apollinem tuum, in cuius ſacrarium vbi per otium me conferre licuerit ſatisfaciam tibi. Interea quum tu ais cohibere ſanguinem & eundem euocare contraria eſſe, ſimul & ſemel non admittenda addendum tibi erat contraria eſſe ſi eodem modo intelligantur. atqui aloe intus aſſumpta aperit, foris claudit id ſubſtantię proprietate vel fortaſſe etiam calore, hoc emplaſtica facultate, an huiuſmodi contraria ſimul eſſe non poſſint aliorum ésto iudicium. Addebam ego foris occludere poſſe aloen operculum ueluti gignendo ſui calore, obijcis tu caloris imbecillitatem qui vix ſecundum gradum attingit nec tantus eſt vt illi colliquandi uis inſit quod fateor, ſed non plane fateor ut enim à paruo ſed pertinaci calore incaleſcere ferrum poteſt, atque etiam fere candeſcere ſic ab aloe in qua cum calore denſitas quoque ſubſtantiæ & uiſciditas eſt, cur id ipſum fieri non poſſit? Sane etiam de Encio quędam quibus quid in me damnes ſane ignoro. Hanc tamen innuere uideris dubitationem. Galenus medicamenta purgatoria quum

eorum

eorum opera irrita eſt uerti ait in humores ijs ſimiles quos ſolent expurgare Enicum autem pituitam educere idem aſſerit, fiet ergo ut ſi non purget, Enicus in pituitam quoque degeneret. At contra calidus eſt & ſiccus ut Meſ. ut etiam Gal. ait quomodo autem quod tale eſt gignere pituitam poteſt? Hęc dubitatio tractata eſt a nobis in Cap. Vniuerſalibus. Et de ſententia noſtra illi ingenue ſatisfactum eſt, quare de ea non plura, niſi vbi quid a me uelis apertius ſignificaris. Sunt poſtremo quædam de hermodactylis quę uereor a deſcriptore fuiſſe corrupta adeo ſunt obſcura; ea tu ſi clariora mihi feceris enitar quod debeo quod tu hortaris ſatisfacere poſteritati. Interea tu uale, atque hęc noſtra extempore ob repentinum Amadei diſceſſum conſcripta ac ut uerius dicam præcipitata pro humanitate tua boni conſule.

DE LENTIS FACVLTATE EX DIOSCORIDE, ET GALENO.

ET EIVS VSV IN VARIOLIS.

Ad Ioannem Bernardium Medicum Bononienſem Doctiſſimum.

DVO à me quęris. Vir Doctiſſimo primũ quid ego de Dioſcoride & Galeno cenſeam, vbi diſſerunt de Lentis facultate. Alterum quomodo illius vſum in variolis probem. Tu quidem & conſentire illos, & ab ipſis Paulum, Aëtium, Auicẽnam non recedere oſtendis, qui omnes lentem, & cum cortice, & ſine cortice, diligenter coctam, primo decocto effuſo aluum cohibere: decoctum vero ipſum primum, ſubducere apertiſſime aſſerunt. Admiraris ergo de ijs, qui diſſedere illos profitentur. Sed de earũ etiam vſu, quod ipſas aliqui aiunt, ſi detracto cortice cum rebus illis decoquuntur, quæ in cutem inutiles corporis ſuccos protrudunt, apertionis nomine quæ carni inſit, in variolis conferre: hoc non probas, quum effuſo primo decocto abſolute aſtringere omnes fateamur. Ego Vir doctiſſime de hac ipſa re alia etiam habeo grauiora quæ tibi communicem. Sed primum quidnam illud ſit, in quo diſcedere a Dioſco-

facit

ride. Galenum putant, aperiam. Diſſidij igitur ſuſpicionem facit varia in grecis Diaſcoridis libris lectio, ad initia capitis 98. Lib. 2. In vulgatus enim legitur κοιλίας δὲ ϛαλτικος, συν τῇ λέπῃ ἐσθιόμενος: aluum cohibet cum cortice in cibo ſumpta. In alijs, pro ϛαλτικὸς, ponitur μαλακτικὸς. quod eſt emollientis facultatis. Quam lectionem qui ſequitur, vides non immerito diſſidium inter Dioſcoridem & Galenum animaduertere. Si enim cum cortice emollit aluum, vt eſt in ſecunda lectione, non eſt igitur cortici vis aſtringendi maior quam carni, quod ſtatuit Galenus. Ita priori dubitationi vides ſatisfactum. Quo loco, ſi quæras vtram ego lectionem magis probem profecto quum poſt priorem ſententiam ſubdat δυναμὶν δὲ ἔχει ϛυπτικην, ὅθεν κοιλίαν ἵστησι, πρωαπολεπισθεὶς καὶ ἑψηθεὶς ἐπιμελῶς. vim autem habet aſtrictoriam, quare & aluum ſiſtit, ſpoliata prius cortice, & diligenter cocta, quia hoc, quaſi priori aduerſum ſcribitur, aſtringens molienti; fit etiam vt μαλακτικὸς potius, quam ϛαλτικὸς legẽdum videatur, ne idem fruſtra tam proxima ſententia repetat, quod priori lectione proponit. Cæterum, licet aluum mouere lentis decoctum poſſit; non id tamen molliendo, ſed detergendo facit, vt propterea, non recte μαλακτικὸς dici poſſit. Quamobrem, ſi quid ego coniectura valeo, neutra harum lectionum legitima eſt: ſed germana ac vera eſt vt legamus λυτικὸς ſoluẽs, quæ vox ad omnem ventris ſubductionẽ extenditur. Habes igitur quid de priori quæſito ſentiam. De Lentium autem vſu in variolis priusquã dico, proponam tibi, quid illud ſit, quod nos magis urget. Confeſſum eſt omnibus, primum Lentis cum cortice decoctum aluum ſtimulare, ſi cum ſale oleo & garo condiatur. Dignum ſcitu eſt Vnde ea lenti ſit facultas, ex cortice ne an ex corpore. Galenus primo de alimen. facult. cap. 18. maiorem cortici quam carni auſteritatem, ac propterea aſtringendi poteſtatem ineſſe exiſtimat: ita vt minus

cortici quam carni, concedat vim ſtimulandi. Atqui ipſa quoque caro auſtera eſt, & experimento conſtat, diſcoctę lentis carnem alui fluxum cohibere. Vnde ergo vis laxandi in lente, ſi neque à cortice eſt, neque a carne? Soluere hunc nodum Galenus videtur, duo in lente cui detractus ſit cortex expendenda proponēs; ſuccum, & ſolidū corpus. Aſtrictionem ergo eſſe in corpore, ſtimulum vero ex ſucco. At vnde ſucco eſt ſtimulus? Diſcere hoc ipſum etiam eſt ex Galeno, quum lenticulæ ſuccum guſtatu manifeſtam miſturam ait proferrre tanquam ſi nitroſo auſterum quid commiſceatur. Ex nitroſo igitur qualitate in eo ſucco inſigni ſtimulus eſt licet enim aliquid commiſtum habeat auſteri, id tamen exiguum eſt: ac propterea appoſite ait Galenus, tanquam ſi nitroſo auſterum, non ſimpliciter, ſed auſterū quid, commiſceatur. Ex ſucco igitur ſtimulandi vis ineſt. Addit autem, quod Galenus Lentis decoctum aluum ait ſubducere, non abſolute, ſed ſi in aqua coxeris, & aquam ſale, aut garo, & olio condieris. nempe, vt ſale, aut garo ſtimulari expultrix inteſtinorum facultas poteſt; ita oleo ipſamet leniri, atque aluus ſubduci. Hæc fere ex Galeno. At vero ſi decoctæ cum cortice lentes aluum ſtimulant, cur ſtimulum cortici potius quam corpori non tribuamus? Aut ſi ea vis eſt corporis, cur ad Laxandum aluum non coquuntur cortice detracto? Atque, vt ſuccum illum nitroſum Galenus in aqua deponi cenſet, cur nō & quando cum cortice coquuntur, ab ipſomet cortice ante omnia comunicari aquæ auſteram & aſtringētem vim, atque ita frangi ſtimulatricem facultatem accidat? Difficile eſt, vt apparet, ſtatuere, quid ſit hac de re ſentiendum. Difficiliorem autem quęſtionem reddit Iſaaci non omnino contemnendi ſcriptoris authoritas, qui ſubductricem vim corticis, aſtringentis vero corporis eſſe aperte ſcribit. Verum, an vtrique, & cortici, & carni lentium, uis aliqua ineſt ſtimulans? Ineſſe quidē cortici id apertū facit,

quod

quod primo decocto (quo uerisimile eſt uires ſuperficiei primum omnium in aquam trahi) ſubduci aluum & experimentum docet,& conſenſus eſt omnium. Carnem autem ſine cortice ſtimulare merito ſucci, non Galeni tantum eſt authoritas,ſed etiam , ſi recte expendamus , Dioſcoridis. Quum enim hic,poſtremis verbis,aſtringendi uim lenti tribuit,de lente agit cui detractus iam ſit cortex,cuiusque ita deglubitę decocto primo effuſo (quod ſcilicet aluum mouet) ſiſti aluum confirmat. De carne igitur agit poſtremo loco Dioſcorides de qua & Galenus ſed Galeno diligētius, ſi modo carni uis ineſt ſubducendæ alui. Videbantur quidem Galeni partes, ſi cortici non ineſſe ſtimulum exiſtimaret,aperte vt ſcriberet,ſi lentes detracto cortice coquantur,primum id decoctū ſtimulare. ita vt primi decocti nomine intelligatur, non id in quo integra lens coquitur, ſed in quo deglubita. vt concludere liceat, decoctum primum lentis cui detractus eſt cortex, non ſecus ac primum totius lentis cum cortice decoctum,ſtimulare aluum. hoc vero nitroſi illius ſucci eſſe opus,qui & cortici,& carni inſitus, & prima ante corticis detractionem, & prima etiam poſt detractum corticem decoctione,in aquam recipitur. His duobus modis exceptis,lentem & eius decoctum aluum ſiſtere, non mirum,quia ablata nitroſa qualitate per decoctionem, quod remanet, auſterum eſt. At vero, ſi cortici nitroſi aliquid ineſt, quomodo ipſum Galenus magis quam reliquum corpus aſtringere profitetur? An vere, corticis ipſius poſtquam decoctus eſt,corpus,aſtringendo valet?& eius tamen ſuccus, quantuſcunque poteſt in aquam coquendo extrahi, nitroſe qualitatis non expers, ſubducere aluum poteſt? Ita arbitrādum nempe,quod nitroſum eſt,ſalſum eſt ſalſum autem rei cuiuſq; facile in aquam excipitur non ita auſterum, quod terrene ſubſtantiæ, plurimum habet. Quia ergo detracta per coctionem qualitate ſalſa quæ ſuperficiei corticis

potiſſimum inſidet, quod reliquum eſt, auſterum eſt: proptérea, aſtringentem cortici facultatem ineſſe inſignem fatendum eſt. An vero hæc maior illi inſit quam carni; vt Galenus ait, quærendum ex ſenſu. lentis profecto caro glutinoſi non parum habet, cuius omnino expers eſt cortex, gluten autem eſt ex aqua, ex qua vna, terrenorum corporum eſt continuitas. retundit autem aſtringentem qualitatem aqua, magis igitur aſtringit cortex quam caro. Et hæc quidem erant, quæ de lentium facultate egere explicatione videbantur. Quibus poſitis, iam quem illæ vſum in variolis præbere poſſint, inquiramus. Spectari autem hæ poſſunt vel vt alimenta, vel vt medicamenta. In alimentis inquirendum eſt, qualem nam ſuccum gignant, ſubſtantia, qualitatibus primis & nonprimis Lentes igitur vt in cibos veniunt omnibus in confeſſo eſt, gignere ſuccū, ſi bene in ventriculo concoquantur, non vitioſum: craſſum tamen, & lentoris alicuius (vt fere frugum omnium natura eſt) participem. qualitatibus autem partim frigidum & ſiccum: ac propterea qui atrum humorem adaugeat. Quod ſi lentes vt medicamenta ſunt, ſpectemus, merito quidem ſubſtantiæ craſſe & lentæ obſtruere; merito qualitatum primarum refrigerare, deſiccare; merito ſecundarum, aſtringere & laxare, vt diximus, poſſunt. An aliud poſſint, non video, aperiendi quidem vim quam carni aliqui tribuunt, illi prorſum interdicit & ſalſi & auſteri natura, & frigiditas. Ita vt libere ſtatuere liceat, nullas ineſſe lentibus vires præter iam propoſitas. An ergo in Variolis vtiles? Non videntur, ſiue vt alunt, ſiue vt medentur. Coniungitur enim Variolis febris, non ſine inſigni putredine, quam adauget quicquid obſtruit, obſtruit autem maxime quicquid craſſæ, lentæ, aſtringentis, frigideque, eſt qualitatis: quales ſunt lentes. Vnde nam igitur illarū tam vulgatus & conſtans in hoc affectuum genere vſus? At temperamenti ſunt frigidi, quo

nomine

nomine febri ſunt aduerſæ: & ſicci, quo putredini. Aſtringendi etiam earum vis afferre Viſceribus robur poteſt: id quod maxime in hoc morborum genere à Medico quærendum eſt. Non temere igitur, merito febris, putredinis, & imbecillitatis, viſcerũ, vſurpãtur. Adde etiã, quod fiunt Variolę maxime ex ſeroſo humore, quem abſumere lentes ſua ſiccitate poſſunt. huius enim facultatis gratia in cachexia 8. ſimplicium probantur à Galeno. At obſtare dixeris craſſitudinem, & lentorem, quo obſtruunt. Ita quidem res habet, propterea prudentiſſime Auicenas pręparatas offert in cibum. præparant autem non eodem modo omnes. Aliqui poſt elixationem aſſari iubent, ita enim magis exſiccare & putredini obſiſtere. Verũ pręterquã quod aſſatione calorem concipiunt maiorẽ, non illis demitur craſſitudo, aut lentor. Placet ergo, ſi poſt elixationem ex aqua, aceti aliquid affundatur, aceto enim & craſſitudo, & lentor, & putredo, & febrilis calor, corrigitur. Eſt igitur lentium caro, & cibi, & medicamenti nomine, in variolis non inutilis, ſi hoc modo parẽtur: moderate autem, & opportune ſumãtur, moderate inquam ideſt parce; quod neq; faciles ſunt cõcoctu, neq; ſucci prorſus optimi. oportune autem, per totum quidem morbum, ſed maxime, ſi nimia vẽtris laxitas accedat: quod eſt ſymptoma cum Variolis grauiſſimum. Et hæc quidem de lentium carne. De decocto autem ſic ſtatuendum exiſtimo primũ lentis ſiue cum cortice ſiue ſine cortice decoctum, quod aluum laxat, tunc ex vſu eſſe, quum aluus eſt aſtrictior; ſecundum vero, quum laxior. Habes de lente ſententiam meam Vir doctiſſime in qua tamen ſi aliquid ſit, quod non probes, libere fac vt intelligã, amo enim in tanti momenti arte quanti eſt Medicina, ſcribendi libertatem. neque tantum mihi authoritatis arrogo, vt ſi quid præter rationem dixero, ſubſcribi ab alijs mihi velim, aut ineptias meas commendari. Vale.

DE PEPONE QVID SIT APVD GALENVM.

Ad Eccellentiſſimum Latinum Latinium.

QVOD tuis ad Illuſtriſs. Paleotum litteris à me poſtulas doctiſſimè Latinè adeo difficile eſt, ut quum in eius rei perquiſitione nunquam mihi ſatisfecerim aliorum operam laudandam, deq; alieno iuditio pendendum hac in re potius quam aliquid ex me ſtatuendum mihi perſuaſerim. Tu tamen meum aliquid a me nunc expectas atque ut uideo, explicari intricatiſſimum nodum deſideras, de quo quanquam polliceri ego nihil audeo, non detrectabo tamen ea tibi communicare quę ſentio. Quæris quid Galeno ſint πέπονες, μελοπέπονες, καὶ σίκυοι, & quorundam eſſe ais ſententiam duo tantum fructuum genera tribus capitibus à Galeno proponi σίκυον, enim eũdem eſſe fructum qui & πέπον, ſed qui tunc ſolum πεπον dicitur quum eſt maturus. Horum igitur opinione, fructus à Galeno ijs capitibus compręhenſi duo ſunt cucumis & melopepon. pepon auté erit non diuerſum ab ijs genus, ſed differentia cucumeri maturo attributa, ita aut cucumis alius ſit πέπον alius non πέπον. Quid autem huius opinionis authores ita perſuadeat non ſcribis: ſed ex Galeno tamen ubi agit de pepone colligi aliquid uidetur ut enim atramentum ſcriptorium uſus inualuit ut τὸ μέλαν dicatur, licet hęc uox nigra omnia ſignificet; ita etiam obtinuiſſe ait loquendi conſuetudinem, ut πέπον maturus cucumis

cumis dicatur, licet ea dictio maturis omnibus fructibus ſit communis, & aliqui σικυὸν πέπον dici oportere cõtendant; ex hoc igitur, quod ita ſcribit Galenus, idem cum maturo cucumere peponem eſſe aliquis poſſet exiſtimare. Ego tamen vir doctiſſime aliter ſentio. Quanquam enim σίκυον de pepone, de melone, & de vero cucumere communi quadam ſignificatione à veteribus interdum vſurpari non ignoro: at res ipſas tamen ſpetie diuerſas, vbi de ijs ex propoſito agit Galenus non diſtinguere veriſimile non puto: tum vero etiam ſi πέπονα differentiam eſſe cucumeris exiſtimaret, erat vt de cucumere prius ageret tum de eius differentia admoneret: aut certe vt vtriuſque hiſtoriam proxime adſcriberet, atqui is de Pepone prius, de cucumere poſterius; inter peponis vero atque cucumeris hiſtoriam melopeponem interponit. Fuiſſe autem veteribus fructus diuerſæ ſpeciei cucumeres & pepones varia docent. Sunt Pepones quod (ex Phania Athenæus) edendo apti ſine ſemine, & tunc ſolum quum maturi ſunt: ijdem etiam melioris ſucci crudi quam cocti, vt Diphilus. at cõtra cucumeres & immaturi & cum ſemine adhuc tenello in vſum veniunt; & ijdem cocti melioris ſucci ſunt quam crudi quis ergo hos fructus eiuſdem ſpetiei eſſe dicat? Sed teſtatur etiam Galenus ineſſe peponi humidiorem ſubſtantiam quam cucumeri, atqui è contrario maturus cucumis ſe ipſo immaturo eſt ſiccior, ita vt qui prius aptus erat in cibum, vbi matureſcit fit ob ariditatem ineptus. Commendantur itidem pepones (atque ob id peponis obtinuere nomen) quod ſuo illo in genere aliqua gratia antecellerent, quo pacto ſcriptorio atramento quia nigrore alijs rebus præſtat, contigit τ̃ μέλανος appellatio; at quæ maturo cucumeri gratia, aut maior quam eidem immaturo commendatio eſt? tandemque quum Galeno idem ſit pepon & cucumis pepon, & rurſus quum Ariſt. 2.° probl. ſect. cucumis diſtincta res ſit à cucumi pepone, conſequens

etiam

etiam eſt vt pepone cucumis diſtinguatur tanquam re diuerſum. Quando igitur ex his conſtat peponem cucumeris non eſſe differentiam, ſed diſtinctæ ſpeciei fructum, meam de Galeno ſententiam vt explicare aggrediar, ita ego profecto aliàs mihi conſtitueram, illius pepones, vulgatos eſſe melones; melopepones, angurias, quas Arabes bathecas vocant; cucumeres vero paruos illos fructus, quos Italia reliqua hoc ipſo cucumerum nomine agnoſcit, Hetruria citrullos vocat. Et de cucumere quidem reliqua conſentire videbantur; ſolius Dioſcoridæ authoritas obſtabat, ipſum commendantis vt ventriculo commodum, & qui olfactu in defectibus animi ſuccurat. quas tamen vires huic noſtro ineſſe experimentum non docet; imo potius ratio contrarium pollicetur de eius ſubſtantiæ erudiori, frigidiorique, atque inſipida, & inodora. Sed re tamen diligentius expenſa, & ſatiuum Dioſcoridę cucumerum melonem eſſe (quod viri doctiſſimi ſenſere) & cucumerem noſtrum ab illo ſilentio pręſcritum eum ipſum eſſe de quo agit Galenus, collata ipſius hiſtoria facile intelleximus. vt nihil reliquum ſit (quod ad cucumerem pertinet) cur de noſtra, imo de communi opinione, diſcedamus. De pepone autem ac melopepone, ſi quid eſſet dubitationis, id omne diſſoluere, ac rem ipſam ipſemet Galenus apertiſſime explicare videbatur. Si enim vt is in melopeponis hiſtoria admonet, à peponis carne intima in qua ſemen eſt, homines abſtinent, interiora autem melopeponis mandunt; qui ſenſus fidem ſequetur, melopepones quidem eos quos angurias nunc vocant, pepones vero melones eſſe exiſtimabit. hoc enim anguriæ ſicut & cucumeris priuilegiũ eſt, quod caro eius tota manditur, quum contra intima illa melonis caro prorſus negligatur. Cęterum quanquam ita habet res; non hęc tamen nobis nunc ſatisfaciũt. Quum enim melopeponem Galenus & peponi quo ad ſucci bonitatem præponat, & pepone minus humidum aſſerat,

rat,cuius rei cauſa,& minus ciere vrinas, & minus expedite moliri alui deiectionẽ poſſit ſi quidem melones anguriasq; & inuicem,& cum Galeni ſcriptis comparauerimus, res ipſa à propoſita ſententia reuocabit. Augurias enim ſubſtantia eſſe quã ſint melones humidiori id docet, quod facile in humorem totæ liqueſcunt. frigidiores uero eſſe, pręter id quod ſitim ſedare & febriles æſtus extinguere ſolent quod non ſolent melones,teſtis eſt ſapor, angurijs inſipidus, qui melonibus eſt dulcis. Sed & aquoſi ſui ſucci vbertate minus aptum ad nutriendum ſuccum gignere,& ventriculum ſubuertere lõge facilius quam melones poſſunt. imo & in ciendis quoque vrinis, & in ſubducenda aluo melonibus eas eſſe ſuperiores experimẽto quotidie intelligimus. Sunt autem hi omnes anguriæ vires eædem & in pepone, cur ergo angurias Galeni pepones; melopepones autem vulgares melones eſſe non exiſtimemus. Nam & Auicennas quoque bathecæ ſuæ eaſdem dotes tribuit, quas peponi Galenus: bathecam autem Arabum eam eſſe quam anguriam nunc vocant, conſenſus eſt præſtantiſſimorum medicorum, & rurſum conditiones illæ quæ ex Athenęo ſunt peponis,anguriæ conueniunt nempe vt in cibum ſumatur ſine ſemine,& tunc ſolum quum matura eſt,& cruda non autem cocta. Itaque ex his, Galeni pepones augurias, melopepones autem melones eſſe valde veriſimile eſt. At vero,quanuis non videantur hæc à ratione aliena,illud tamen adhuc ne his libere aſſentiamur, valde obſtat, quod intimam peponum carnem mandi negat Galenus: anguriæ autem interiora mandun- tur. Profecto quam difficile ſit in propoſita quæſtione rationi ac ſenſui,Galeni hiſtoriam accommodare,facile apparet. De qua tamen, ſi neque erraſſe Galenum, neque aliud ſenſiſſe quam ſit à me poſtremo loco propoſitũ; ſed in eius codicem irrepſiſſe errorem dixero; abs te pero vir doctiſs. vt non niſi re intellecta, admireris. Mendum igitur in Ga-

leni contextu eſſe, hoc ſit tibi argumento, quod ſi intima illa ſemen comprehendens caro in hoc fructuum genere ad deiectionem confert, quod Galenus ait: confert autem ob humidiorem & ſeroſiorem ſubſtantiam, ob quam pepones turbare ventriculum, & uomitum excitare idem Galenus notat, eſt certe illud quoque conſentaneum vt quod cum ea carne manditur deſcendat celerius, quam id quod ſine ea aſſumitur. quo iure, ſi totus melopepo manditur, non manditur autem pepo; celerius quoque vt melopepo promoueat deiectionem quam pepo neceſſe eſt. atqui in melopeponis hiſtoria, Galenus illum tardius quam peponem deſcendere, aperte pronuntiat. Quis ergo hic codicis errorem potius non agnoſcat, quam Galenum in tam paucis uerbis inconſtantiæ notet? In contextu igitur quum intimam melopeponis carnem mandi legitur, non mandi autem peponis, uocem alteram in alterius locum eſſe tranſpoſitam, ac melopeponem pro pepone, & contra pro melopepone peponem eſſe reponendum, ego quidem ſuſpicor uehementer. Sed nos & Auicénæ hiſtoria huius erroris uidetur admouere, ubi de melopepone ſub melonis nomine hæc ſcribũtur,, Melo autem eſt tardæ digeſtionis, niſi quando comeditur cum eo quod eſt interius eius,,. Quo profecto loquẽdi modo melopeponis intimam carnem mandi non conſueuiſſe apparet: quæ tamen ſi mandatur, conferrat ad deiectionem. Hæc nunc mihi doctiſs. Latine occurrerunt de Galeni pepone, melopepone, ac cucumere. Quæ ſi æquiſſimo iudicio tuo non ſatisfacerint; at erunt tamen tibi obſequentis ac propenſi in te animi mei teſtimonium. Vale.

De

De eodem, ad eundem.

QVVM ſit nobis nunc ad intermiſſas operas redeundum, & iam claſſicum canat, paucis ago Lactine doctiſs. & quod in meis illis de pepone literis dubitas, probo ego profecto & ueritatis ſtudium & dubitandi rationem, at uideor mihi tamen habere aliquid, quod ſingulatim citra omne contentionis ſtudium ad ea de quibus dubitas, poſſim reſpondere. Quod enim primum ais ex Galeni ſententia atramentum ſcriptorium τῦ μέλανος obtinuiſſe nuncupationem non ob nigrorem, ſed quia ita omnium conſuetudo ei rei nomen illud impoſuit; caue ne Galenum in nugationis uitium adducas, hoc enim idem eſſet, ac ſi diceres atramẽtum τὸ μέλαν appellari, quia ſic appellatur, obtinere enim à conſuetudine nomen, eſt à uulgo appellari. Cur ergo ob nigrorem in quo id ceteris excellit rebus, omnium conſuetudine impoſitam illi eam uocem non concedis? hoc enim licet palam non pronunciet Galenus, at innuit tamen, id quod explicare interpretis eſt munus. An uero par exemplum ſit in pepone, atque ideo peponis uox illi priuata contigerit appellatione, quia ſolus ipſe in eo genere fructuum aptus eſſet eſui quum eſt maturus; quod ne tu quidem pro certo aſſeris, in ea re ego quoque hæſito, qui non unum ſed binos ex ijs fructibus eiuſcemodi eſſe uideo, qui non niſi maturi eſui ſunt, melonem & anguriam id quod me quandoque traxit, ut aliam ob cauſam fructum eum, quicunque ille eſt, qui pepon dicitur, eo nomine dictum præter Galeni ſententiam exiſtimarim, nempe ob molliciem, in quo ſignificatu eam uocem πέπονα reperiri non ignoras, ita quidem anguriam molliſſimam mihi uidebar in eo ordine fructuum obſeruare, & ſubſcribere opinioni meæ ſenſus uidebatur. Sed aliorũ quo-

que

que guſtatu rȩs exploranda eſt,ac licet melones nõ niſi maturi edendo ſint,contra tamen in anguria quam in melonibus euenit,quæ quo maturior,eo eſt ſuauior; quum melonibus e contrario plurimum gratię detrahat maturitas exacta. id quod pro Galeni ſententia dictum ſit,à maturitate(ut uidetur) peponis nomen deducentis. Diphili autem ſententiam,quam in tuo libro nõ reperiſti, qualem tibi afferebam, habes ex uerſione Natalis Comitis in calce capitis trigeſimi primi, libri ſecundi. De humiditate uero cucumeris & peponis,de Galeni ſententia quod ſubiungis;merito tu quidem accuſas me,ſi ita,ut ais,in literis meis ſcriptum eſt. contrarium enim prorſus ſcribitur à Galeno ad ſexti capitis initium lib. 2. de alim. fac. Sed in exemplari meo quod mihi adhuc eſt in lituris extant hæc uerba. [Sed teſtatur etiam Galenus ineſſe peponi humidiorem ſubſtantiam, quam cucumeri; atqui e contrario maturus cucumis ſe ipſo immaturo eſt ſiccior,] Quæ uerba, non conſulto, ſed caſu tranſpoſita ad te perueniſſe uel hoc ſit argumento,quod, quum probare inſtituerim cucumim a pepone nõ ſola maturitate, ſed ſpecie diſtingui; in eo rationis meæ uis poſita eſt, quod, quum cucumis quum maturus eſt ſucci ſit inops ſenſus fide, pepon autem Galeni teſtimonio humida conſtet ſubſtantia, pepon igitur cucumis non eſt maturus. Corrige ergo latine pro humanitate tua ſcriptionem illam meam ut dicebam, quæ contrarium habet propoſito meo ſenſum. De cucumere deinceps ſatiuo Dioſcoridę, quum eum præſtantium uirorum ſententia melonem eſſe noſtrum ſcripſi, noſtrum autem cucumerem ſilentio ab eo prætermiſſum; authores deſideras eius opinionis: quos ego quidem nunc neq; in memoria habeo, neque in hac temporis anguſtia indicare tibi poſſum. at ipſe tamen Dioſcorides rem ita habere plane indicat, uires ſuccurẽdi ijs qui ſyncope laborant ſuo cucumeri tribuens,quibus ex eo fructuum genere nullus præter melonem

lonem præditus eſt, qui ſolus odoris ac ſucci ſuauitate reficiendis ſpiritibus eſt opportunus. Cur autem poſtremo Auicennæ authoritatem coniecturę meæ ſubſcribere non agnoſcis? mihi certe aliquo pacto ea ſuadet. Si enim conſuetudo in melonis uſu fuiſſet, illum cum intima in qua ſemina ſunt, ſubſtantia aſſumendi in cibos, falſum id eſſet quod primo loco ait Auicennas, melonem difficile ſubduci: ita enim facile ſubducitur, & præter rem adderet, facile ſubduci ſi interior pars ſimul ſumatur ſi enim iam in more poſitum erat eius interiora ſimul cum reliqua carne mandendi; nihil erat opus ea de re admonere, at quaſi in dubiũ reuocare. Hæc, quæ non ad errorum ſi qui ſunt, meorum excuſationem, ſed ad ueritatem tecum in obſcuriſſima hac materia e tenebris eruendam dictaui; an tibi ſatisfaciant Latine doctiſs. ut me reddas certiorem quum per ocium poteris, & opto & te exoratum uelim. Paleotum Mecœnatem meum, quem ex te ſalutare iubes, ſalutaui. Ego uero non modo in te amando perſiſto; Sed candorem libertatemq; tuam ac modeſtiam exoſculor, & admiror eruditionem. Tu, quod es pollicitus, lucubrationum tuarum, quum licebit, aliquid nobis impartire, & uale Bononiæ tertio Cal. Nouemb. M. D. LXXXII.

HACTENVS quum ſcripſiſſem in Illuſtriſſimum Paleotum incidi; qui explicato faſciculo tuarum literarum, tum communem nobis epiſtolam tuam legit; tum tuarum de pepone dubitationum ſummam, in duodecim capita diſtinctã communicauit, cuius exemplum ſummã, & vbi aliquid nactus ocij fuero, non modo rem diligenter expenſurum, ſed etiam ingenue meam ſententiam prolaturum polliceor. Tu rurſum vale.

De eodem, ad eundem.

SI tuas de pepone melopepone & cucumere du-
bitationes doctiſs. Latine tunc primum acce-
piſſem,quum, quid ſentirem ijs de rebus,expo-
ſtulaſti vt ſcriberem; tũc quidem tuo ipſe adiu-
tus ſtudio minori fortaſſe negocio una opera tibi ſatisfeciſ-
ſem. Nunc autem quando idem reuoluendum mihi eſt ſa-
xum (id quod in tui quidem gratiam facio) libentiſſime
da mihi illud ſaltem, ne uel quæ ſuperioribus literis ſcripſi
repetere, vel ad ea quę tu proponis, ſigillatim eodemque
ordine,quo à te ſcripta ſunt,cogar reſpondere. imo uero pe-
to abs te id etiam ut hanc meam ſcriptionem quum acce-
peris, ſi tuis tu quæſtionibus eam comparando ſingula ta-
men quæ exquiris non præſtitiſſe me agnoueris, at meam
tamen in te promptitudinem agnoſcas: qui,quod hoc tem-
pore uix poſſum, id meo incómodo malo efficere quam
tuis votis omni meo ſtudio non reſpondere. Quum igitur
in humilium ſtirpium natura quatuor vulgata ſint genera,
quæ fructuum ſimilitudine, figura,magnitudine,copia atq;
vſu,magnarum, arborum, aliquarum, æmulæ æſtiuis tem-
poribus lenire hominum & caloris & ſitis moleſtias ſolent,
nempe cucurbitæ,anguriæ,melones, ac citrulli; ex his qui-
dem cucurbitę non niſi coctæ;reliqui vero crudi frequentiſ-
ſime veniunt in cibos.Rurſum autem,quum ex ijs qui crudi
ſumuntur,citrullus atque anguria toti ſint in cibum apti de-
tracto tenui cortice externo; melones uero ſola media illa
carne quæ eſt inter craſſum corticem & intimam ſubſtan-
tiam cui immerſa ſunt ſemina; hi quidem quos diximus to-
tos edendo eſſe,non ſimiliter tamen aſſumuntur, ſed angu-
riæ non niſi maturæ, citrulli uero immaturi maxime uſur-
pantur. omnes autem,tum hi,tum ſuperiores ſub genere τοῦ

σικύου quandoq; veteribus fuiſſe cognitos eo cõſtat, quod & cucurbitam σικύαν vocabant, & melo Dioſcorides σίκυοσ, eſt & anguria, id eſt pepon, vt exiſtimo σικυοπέπονα; & citrullus abſolutæ σίκυοσ fuit, vt ex Galeni etiam conſtat lectione. At contracto tamen ſenſim eius vocis uſu, & cucurbita, quaſi è ſuo genere excluſa κολοκύνθις obtinuit nomen, & Μηλοπέπονος vox inuenta eſt ad quartam ſpeciem illam ſignificandam, quam nos vt puto melonem appellamus τ῀ σικύου autem nomen duobus illis fructibus relictum eſt, qui & toti & crudi manduntur. Ita quidem & Latinorum cucumim quæ uox τῷ σικύῳ reſpondet, de his vtriſque dici apparet magni tantum & parui addita differentia: unde & Thuſcia cucumeris nomine anguriam uocat, quaſi digniorem, cui ob magnitudinem, generis nomen tribueretur; licet Inſubres in paruo, ut qui frequentior eſt atque ad cibos utilior, eam nuncupationem cum Latinis maluerit retinere. Quum igitur σίκυος Latinorum cucumis tum de eo fructu dicatur qui maturus tantũ aptus eſt ad cibum, tum de eo cuius immaturi frequentior eſt vſus; ad harum rerum diſtinctionem acceſſit vox τ῀ πέπονος, quæ verè differentia eſt omnibus fructibus communis, contraria immaturitati, quare alterum qui non niſi maturus ſumitur, primum quidem fuere qui σικυοπέπονα vocarint, cuius vocis & Galeno, & Hippocrati abs te citato, & in ſympoſio Plutarcho, & Ariſtoteli in problematibus mentio eſt, de hoc ipſo fructu (vt putare licet) loquentibus, quem tandem tranſlata differentia ad ſpeciei expreſſionem, ſimpliciter πέπονα communis vſus appellauit. ille uero abſolute σικύου retinuit nuncupationem qui immaturus edi conſueuit. eſt autem is citrullus, cuius licet vſus frequentiſſimus ſit dum tenerioris adhuc eſt ætatis, quo tempore ſemina lactea ſunt; ſolet is tamen etiam craſſior ac maturitatem quandam adeptus, egenis hominibus in cibum, maxime autem elixus ſumi;

quod facile in cauſa fuiſſe exiſtimarim, vt eius tum imma-turi tum maturi Galenus meminerit ubi de ſeſaminis; ma-turi voce non eum (vt puto) ſtatum intelligens quo iam obduruere ſemina (tunc enim ineptus prorſum eſt edendo) ſed terminum teneritatis mediocris ſignificans, vt mandi poſſit: nempe hic quia nondum abſoluta eius ſemina ſunt, immaturus recte dicitur; ita ut, quod diximus, σικύος, ſeu cucumis nunquam vere maturus, ſed immaturus ſemper veniat in cibum: quemadmodum contra, πέπων nunquam ſumitur, niſi maturus; licet Aetius immaturi etiam peponis meminerit præter Galeni obſeruationem, quem in eius rei hiſtoria æmulatus, non fideliter reddit. Itaque quomodo peponis vox quæ differentia erat, ad exprimendam ſpeciem deflexerit, ex his fortaſſe apparet. Vere autem eam ipſam vocem diſtinctæ ſpeciei ſignificationem obtinuiſſe patefacit locus quem tu affers ex libro Numerorum, imo & quem ex Euſtratio in Homerum, qui profecto quum ait vſu communiori dici πέπονα de quadam ſpecie cucumerum guſtatui ſuauium, qui in cibum ſeruantur; non modo illam peponis vocem contractam eſſe ad ſpeciem ſignificandam docet, ſed eam quoque ſpeciem anguriam eſſe, vt ego quoque arbitror, plane aperit, quum ait ſeruari in cibum. nullus etenim ex propoſitis fructibus, idem & ſuauis eſt & ſine artificio ſeruatur diutius hac excepta, maxime vero ea quam Venetias aliquando Illyrium mittit. (videtur enim illla quoque anguriæ ſpecies luteo cortice, melonum modo ſed leuiſſime tamen; ſtriato; carne autem melonis æmula, dulci & odora, nam hæc ad mediam vſque hyemem ſeruatur laquearibus appenſa. Sed & vulgata anguria diutius durat, quũ non duret melo vel cucumis; qui ſi nihil artis accedat, breuis admodũ ſunt vitæ, maxime autẽ melo. cucumis vero licet ſerius corrumpatur, cito tamen flacceſcit, & omnem (quam alioqui exiguã ſemper habet)

ſaporis

ſaporis gratiam amittit, quam in pepone Euſtratius commendat. Ex hoc autem id quoq; fortaſſe intelligamus, quid ſit σίκυος ἐδώδιμος. Si enim anguriæ & citrulli ſapores inter ſe conferamus, quum hic ſit prorſum inſipidus, anguria autem dulcis, hanc certe edendo illo eſſe aptiorem, licet non tanti alimenti, nullus vt arbitror neget. quid igitur mirum ſi peponem, id eſt, anguriam, quæ ipſa quoque ut dicebamus, ſub τ͂ σικύον eſt genere, σίκυον ἐδώδιμον quandoq; vocarint & Aetius & Paulus & Oribaſius? Quid vero ſi eandem anguriam eſſe aliquis dicat πέπονα σπερματίαν, cuius meminit Athenęus? Non ego quidem illum valde aberrare crediderim. Quum enim in intima huius carne quæ maxime ob ſuauitatem expetitur, dura denſa ac multa infixa ſint ſemina, quę palato infeſta de eius fructus gratia nō parum detrahunt; ea uériſimile eſt illam illi dediſſe denominationē; ac ſi ipſa ad uomitum excitandum Rufus vtitur, eſt ipſe quoque pepon ad ciendam vomitionem aptiſſimus, niſi poſt eius uſum probi cibi aliquid ſumatur, ut Galenus ſcribit. An uero idem pepon ſeu anguria camerarius eſt Plinij cucumis? certe ſi camerarij nomine aliquid Plinius intelligit ad topiarium opus aptum atque elegans, ut puto, anguriæ fructus facie rudes grandiores autem, quem ut de topiario opere ad maturitatem uſque pendeant, non uidentur ea nuncupatione digni. Nobis igitur nonnunquam in mentem uenit, camerarium cucumim eum eſſe quem alicubi locorum pomo doro nuncupant, planta eſt hæc folijs cucumeris, ſurculoſa, ad topiaria opportuna, fructuū ferax qui ubi plene maturuere, luteiat; dū matureſcunt, coloribus uarijs luteo flauo uiridique elegantiſſimi; carne ſapore odoreque melopeponem referentes. huius igitur plantæ fructus an camerarijs ſint cucumeres, non ego quidem ſtatuo, ſed ſuſpicor tamen ualde.

Hactenus tuas ita percuriſſe uideor doctiſſimè Latine

quęſtiones, licet ut prędixi fore, non eodem ordine quo fuerant abs te propoſitæ; vt ſi ijs quæ in ſuperioribus ſcribebam hęc quoque adijcias, attigiſſe me fortaſſe omnem dubitationis tuæ locum putes. Tu ſi in his meis maiorem ſcribendi libertaté, imo vero negligentiam, quam vel munus meum, vel res poſtulet, obſeruaris; fluxiſſe hæc tamen ab ingenuo animo intellige qui in intricatiſſima hac re ad quã extricandam ſolidiores machinæ deſunt, coniecturis etiam dandum eſſe Locum cenſuit. Sed quicquid hoc eſt quod tuo iuſſu ſcripſi, boni conſule vir humaniſs. & me ama. nonis Marcij.

M. D. LXXXIII.

****

†

DE PANE ELOTO APVD VETERES QVID SIT.

Ad Eccellentiſſimum Cauallerium.

QVI in effodiendis Veterum theſauris ſtudium acrius ponunt mirum, quam precioſas interdum eruant gemmas. Te nũc Caualleri doctiſſime dum in perquirendis Græcorum theſauris es totus, ſcis in pulchri aliquid incidiſſe, quod ad propoſitam abs te de eloto pane quæſtionem facit. Sed dum pro modeſtia tua tuas non oſtentas opes, ſupprimis etiã ea, quæ nobis in propoſito abs te Gal. loco afferre lucem poſſent, & a me poſtulas eum nodum diſſolui, Annui, & recepi daturum me operam, tibi vt ſatiſfacerem. quid enim tua a me humanitas & virtus ſingularis non impetret? Quamobrem, vt quę mihi in mentem veniunt, paucis a fferam, Lotum panem ab elixo, ſeu cocto pane noſtro tempore vſitato, differre vt ſtatuamus, in primis neceſſe exiſtimo. Eſt enim parandi vtriuſque diuerſa ratio. Elixantur ſæpiſſime in iure panis micæ, fruſtulaue in ęgrorum & ſanorum etiam hominum vſum; eaq; elixatione ignis calore in imas quaſque panis partes ſeſe inferente, attenuante, laxante, & aquæ humorem in vniuerſam eius ſubſtantiam perducente, illi & tenuitas & mollities, atque ad eam quę in Ventriculo obeunda eſt, concoctionem facilitas comparatur. Rurſum etiam frequentiſſimè panis fri-

gida aqua maceratur paululum, effuſaque aqua exprimitur,& vel noua aqua vel vino, imo etiam aceto & ſaccaro aſperſo ad reficienda defeſſa ob æſtum aut febris calorem immoderatum corpora vſurpatur; ita autem fermenti ac tritici quoque connata caliditas aqua frigiditate obtundi exiſtimatur;& redditur eo artificio panis ex aquæ abſorpta mollior ac minus tenax : id quod ad liberiorem innati caloris qui ventriculo inſidet, penetrationem, atque ad concoctionem plurimum conducit. Itaque, quum elotus panis ita ab elixo differat, nunc an hic ipſe, de quo dixi, elotus, idem ſit cum eloto veterum pane facile videre eſt. Quæ profecto de illo ſcribit Galenus, non reſpondent noſtri loti panis experimento, quum enim is illum afferat leuiorem reddi,ita ut & minoris ſit in ſtatera ponderis,& inſtar ſuberis aquæ ſupernatet, noſtrum contrà grauiorem eſſe & ſubſidere in aqua obſeruamus, non eſt igitur hic noſter ablutus Veterum panis.Sane autem hoc ita animaduerſo diſcrimine,non defuere quod tu referebas, qui lotum Galeni panem eum eſſe exiſtimarint, quem paſſim lautiores menſæ multi faciunt, ſpongię in modum cauernoſum, Plinij, vt tu notaſti,& ego aſſentior, Parthicum qui profecto & ſupernatat aquæ, & pari mole alio pane leuior eſt ad ſtateram. Cæterum,neque proxima eloti panis materia aliud eſſe debet quam panis: neque, etſi in hoc conficiendo, pari farinæ portioni plus aquæ, quam in conficiendo alio adijcitur: aliquid tamen eſt in eo parando artificij, cur elotus dicatur. Et ſolent quidem etiam alicubi locorum buccellæ nondum cōcocti panis feruenti aqua immergi id quod aliquam ijs leuitatem & teneritatem conciliat: ipſorum ſubſtantia calore aquę illius attenuata & rarefacta, ac lentore interioris humoris fracto per furnacei caloris facultatem. at (quod dicebam) non ex maſſa illa quam paſtam vocāt. Sed ex pane iam cocto & antea abſoluto, elotus eſſe

debet

debet veterum panis. Quid ergo? An vulgatus panis, ſi poſtquam in calente aqua ut Auicenas ait. aut etiam in frigida, vt vulgaris eſt vſus, immerſus & elotus fuerit, hic idem, vbi furno commiſſus exaruerit, iam ille ipſe eſt elotus panis, quem Veteres agnouere? Ita quidem videtur. Hunc enim vere ablutum panem dixerimus, qui poſtquam panis iam adeptus erat ſubſtantiam, atque (ut ita dicam) formam; aquæ & committitur, & ea imbuitur, ac vere eluitur. huius ipſius ſubſtantia, dum calor furni in eius imas partes ſeſe inſerit, & laxior euadit, quæ denſa erat; & quę grauior, leuis: ita ut iam & ſuperſtet aquæ, & minus ſit grauis in ſtatera. An ergo Veterum elotus panis ille eſt noſtri temporis panis, quem biſcoctum uocant? nam qui elegantius biſcoctum parant, concoctum antea panem vbi aliquantulum in aqua macerarunt, clibano rurſum imponunt areſaciendum. hic uero & leuior eſt quam antea, & liquori Vini aut aquæ ſupernatat. alit is etiam minus, quod ſuo tribuit Galenus, & qui iam depoſito lentore multo fricabilis eſt redditus, ab obſtructionis noxa longiſſime abeſt. Et hæc quidem hactenus qui expenderit, non uidentur prorſus à ratione aliena. Contra tamen quum elotum ſuum ueteres quaſi faciliorem concoctu, magis probent: & illum Viri ætate noſtra doctiſſimi in acutioribus morbis cæteris præferant, quis recoctum panem Ventriculo imbecillo noxium, & grauem non obſeruat? quis eo quaſi ſtrangulari eos qui auidius ſumunt, aliquando non uidit? At uere quidem, ſi quis ex diſcocto pane duritiem demat, quæ una conditio concoctioni aduerſa illi ineſt, ſuperare eum omnis generis panem coquendi facilitate; & minime omnium Ventriculo grauem eſſe confitebitur. Neque autem Ventriculo etiam infirmo laborem facere ille ſolet, ſi uel teratur, ac per ſubcerniculum tranſmittatur, qualem pleuriticis Aretius dat cum mulſa uel ſi liquore aliquo (id quod ad coctionem,

quæ) elixatio quædam eſt, maxime requiritur? moderate madefiat; ſi moderata copia ſumatur, & dentibus optime conteratur. Et eius ad coquendum facilitatem, tum alia indicant, tum aperte quotidianus vſus, quo parata ex tenuioribus ipſis micis alimenta, ſiue iure incocta, ſiue in nebulas efformata, imbecillimis Ventriculis ne minimam quidem afferre moleſtiam agnoſcuntur. Vide Caualleri doctiſſime, quo me perduxeris. Et admiraberis tu quidem fortaſſe huius hominis audaciam, qui pro pane eo, cuius nomenclatura humectum aliquid præ ſe fert, aridiſſimam materiam proponat. Sed ſi hic error eſt, conuertenda in te eſt erroris huius culpa omnis, qui ditiſſimos theſauros tuos non explicas, & quiſquilias noſtras exploras. Age id ſaltem ſi tibi hoc noſtrum non ſatisfecerit propoſitum, vt æqui tamen, ac boni, animi mei promptitudinem hanc conſulas: & tuo iudicio doctrinaq; dignum aliquid prompte, vt nos tibi, uiciſſim impartiaris.

Vale. Bononiæ, Nonis Iunij.

1582.

IOANNIS

IOANNIS BERNARDII BONONIENSIS,

MEDICI DOCTISS.

QVAESITVM DE PANE ELOTO.

CVM in genere alimenti apud antiquos fuerit panis elotus recentioribus incognitus & fere abolitus; ob id libenter ſciſcitarer. Primo nũquid panis iſte elotus apud noſtrates habeatur, in uſumq́; alimenti ueniat. Secundo ſi habetur, ex quo genere farinæ ſit parandus. Tertio libenter abluendi modum diſcerem; cum in lotione ipſa uniuerſa uis & facultas ipſius conſiſtat. Quarto cuius ſit tẽperamenti & facultatis. Quinto nunquid in febribus conueniat, & tuto alimenti loco adhiberi poſſit. Hæc uir Clariſſime libenter inueſtigarem. quandoquidem in hanc non poſſum uenire ſententiam ut credam panem elotum antiquiorum eſſe biſcoctum noſtratem. Et quod me mouet, eſt, deſumptum à nomine & a rei eſſentia, a nomine quidem, quoniam mirum uidetur ſi nomen hoc (biſcoctum, tritum erat apud antiquos, cur nouo eloti panis nomine uocarint) eo dimiſſo, quod illi iure obtigiſſet, & quo clarius innoteſceret. Sed cũ nomina ſint ad placitum, parũ refert hęc noſtra de nomine animaduerſio. Verum ut rem arctius perſtringam. Panis elotus eſt is, qui ex terreſtri fit aëreus. At panis biſcoctus noſter ex terreſtri non fit aërius, ſumpto aëre pro-

prie dicto; ſed ſit igneus, calidus ſcilicet & ſiccus ob id non video quo pacto poſſit biſcoctus panis dici elotus. nam ſi elotus panis aëreus eſſe debet, debet etiam amiſſa terrena natura caliditatem & humiditatem ſibi comparaſſe, vt aeris natura eſt. At biſcoctus panis, non aëris, ſed ignis naturam obtinet. [redacted] calidus enim eſt & ſiccus non ergo elotus eſt panis. Sed etiam panis elotus is dicitur qui ex ablutione nouam naturam ſit ſortitus. At biſcoctus non ex ablutione, ſed ex ſecunda coctione atque ab igne nouam habet naturam ſibi comparatam. non eſt ergo panis elotus. Præterea ablutio, quæ à Piſtoribus ſit, dum biſcoctum parant, non poteſt dici ablutio, ſed potius madefactio, quæ ob id ab artifice fit, non vt nouã naturam acquirat, ſed, vt per vlteriorem & ſecundam coctionem non aduratur; quod facile cõtingeret ſi panis laminas illas aqua roſacea non imbuerint. Quando ergo biſcoctus panis non eſt elotus antiquorum panis, ſi quis à me quærat, quem nam elotum eſſe panem exiſtimẽ, arbitrer eum nil aliud eſſe quã panem quem vulgo piſtores, buſetum, corrupto nomine, quaſi Limphatum appellant, cum panis iſte notas omnes habeat quæ a Galeno eloto pani aſcribuntur. nam eſt aereus, calidus ſcilicet & humidus, & aptus nutritioni. ſupernatat aquæ inſtar ſuberis, ad ſtateramq; cæteris panibus eſt leuior. Nec obſtant, quæ de biſcocto dicuntur, vtpote qui reliquorum ſit leuiſſimus, quandoquidem comparatio debet eſſe inter ſimilia. dumque comparat Galenus panem elotum cæteris panibus, ac eſſe ait ad ſtateram leuiorem, intelligit de panibus vnica coctione paratis. nam inter panes qui vnica coctione parantur, hoc genus panis ad ſtateram eſt leuius, & cæteris concoctu facilius. propterea in communi vſu eſt apud nobiles. ſolent autem vt gutturi gratius minusque coctioni contumax ſit, vtranq; ſuperiorem & inferiorem cruſtam auferre. hocque panis genere fere

omnes

omnes etiã febricitantes veſcuntur,& pro ferculis parandis vtuntur. Quod autem hic dici poſſit panis elotus,parãdi modus quo artifices vtuntur,facile docet nã in eo parando ſemper maiorem,& fere in dupla proportione, ferm ẽti quantitatem apponunt quam in reliquo pane, deinde affuſa plurima aqua ita farinam abluunt permiſcent & ſubigunt, vt in teneram & mollem quandam maſſam redigant. quam dehinc diutius ſubactam & in ubiculatos panis diuiſam ei- vbi illi in æſtuario fermentati fuerint, (quod breui temporis ſpatio fit) demum probe in clibano coquuntur ex quo fit, ut partes craſſę & terreſtres abſumantur, & leuis atque aereus reddatur minoris quidem, vt Galenus & Paulus aſſerunt, alimenti cibus, habita relatione ad reliquos panes; optimi tamen ſucci nulloque lentore præditi ob id merito cæteris perferendus. Quibus ſic poſitis facile ſoluuntur problemata propoſita,& primo aperte conſtat paſſim apud nos haberi. Secundo quod ex triticea farina optima nitida & munda ſit parandus. Tertio abluendi modus facile ex ipſius compoſitione innoteſcit cum duplo maiorem aquę quantitatem in hoc pane apponant dũ ipſum parant quam in reliquo, ita ut fere aquoſus panis dici poſſit. Quarto quod optimi temperamenti ſit. eſt enim in actiuis moderate calidus, in paſſiuis vero humidus à prædominio autem hanc naturam ſeruat. Quinto quod tuto ac ſine noxa febricitantibus exhiberi poſſit. Et hæc ſunt Vir doctiſſimè quæ de pane eloto mihi nunc in mentem venerunt, quæ ſi non probentur ab alijs, ſaniori iudicio ceſſurum me ſemper profiteor. Vale.

DE

DE PANE ELOTO AD IOANNEM BERNARDIVM BONONIENSEM,

MEDICVM DOCTISSIMVM RESP.

QVÆ ego ſuperiori anno in Doctiſſimi Medici Cauallarij gratiã de pane eloto ſcripſerim, exemplum eſt mihi litterarũ quas ad illũ dedi. ex quibus licebit tibi percipere. Paucis nunc eorum ſummam colligam. Panis in primis, qui uel in fruſtula, uel in tenuiſſimas micas ductus, frigida aqua maceratus, & effuſa priori aqua ac noua addita aqua, aut uino, aut aceto, ætate noſtra ad reficiendas uires æſtiuis caloribus in frequenti eſt uſu, licet in eo parando uere abluatur panis, non eſſe tamen elotum ueterum panem diſputabam. Addebam etiam eo quoque nomine indignum ſpongioſum illum eſſe, quem Plinius parthicnm nuncupat, nunc in nobilioribus menſis expetitum. hoc enim id maxime ſuadebat, quod non ex farina quæ aqua ſit madeſacta & ſubacta, quam malam uocant: ſed ex ipſomet pane, eſſe elotus debet Veterum panis. Id igitur Cauallario expendendum proponebam. An uulgaris panis in calente aqua ut iubet Auicennas aut etiam infrigida, ut nunc mos eſt, madeſactus, ubi clibano commiſſus exaruerit, ille ipſe ſit elotus panis, quem ueteres agnouiſſent. Hunc enim Lotum recte dixeris, qui aquæ immerſus & maceratus uere abluitur, hic ipſe etiam, ubi in clibano

no exaruerit,& leuior eſt quam antea,& vino aquæue ſupernatat alit etiam minus, & qui friabilis eſt, ab obſtructionis noxa longius, quam reliqua panis genera abeſt. Hæc vero omnia Galen. pani ſuo eloto aſcribit. Vna eius durities videbatur concoctioni: quæ in Ventriculo obeunda eſt,obſtare, quæ tamen madefactione, atq; elixatione, ita corrigitur, vt ægrotis tuto, citraque omnem Ventriculi moleſtiã quotidię vſu veniat; tum incoctis eius micis aqua aut iure aliquo; tum craſſiuſculis offulis ac tenuiſſimis placentulis,quas nebulas vocant, ex eo in tenuiſſimum puluerem redacto,ac mox affuſa aqua commiſto & ſubacto apparatis. Atque hæc fere in mentem mihi tunc venere, quæ ſcriberem ad Cauallerium. qui vt eſt humaniſſimus Vir, non modo non probauit; ſed ſuis literis ab ea ſententia; quam ego anceps propoſueram, non diſcedendum exiſtimauit. Habuit ea opinio me tunc primum, vt puto, authorem, quam quum amicis ex doctis Viris communicaſſem; ſuſtinendum tamen mihi aſſenſum putabam, quouſque re maturius expenſa, ipſa ſeſe proderet veritas ex ſcriptorum Veterum monumentis. ad quam profecto, quod te Vir doctiſſime ſtrennue contendere videam, tibi gratulor, & ſtudium tuum commendo. Et ſi enim tu hac in re in diuerſam prorſus abis ſententiam, & nullo modo biſcoctum quem ipſi proponebamus; vere autem cauernoſum illum quem Bononię Buſetum vocant,elotum veterum panem eſſe contendis,quod ego non ſentio: Laudo tamen inſtitutum tuum atque tuum vt genium ſequaris, hortor. id enim & mihi quoque ſemper perſuaſi faciendum, vt non tam vllius authoritatem in huiuſmodi rebus, quæ in ſola verſantur harum rerum contemplatione, quã rationũ ſequerer momenta, quod & in hac ipſa re liberrime acturus, ſingulis, quibus tu moueris rationibus allatis, eodem ordine etiam reſpondebo ſingillatim. Admiraris primum, ſi biſcocti panis

nomen Veteribus pro hoc de quo agimus pane vſitatum eſſet, cur non eodem perpetuo nomine illam ipſam rem ſignificarint;ſed alia deinceps expreſſerint, eloti panis nuncupatione. Ego vero Vir doctiſſime me nunquam biſcocti nomen in Veterum libris memini legiſſe. ſed, qui illis eloti nomine fuit cognitus,eum ſuſpicari me, illum eſſe, quem nunc biſcoctum vocant,plane profiteor, huic enim eloti verius, quam biſcocti appellationem conuenire: quia priuſquam ſecundo immittatur clibano, aqua maceretur, atque adeo à ſorde ferměti elauatur:nō tamen verè in clibano recoquatur;ſed exareſcat tantum,qui ſatis antea coctus,poſtquam eſt elotus,eget areſactione,ne corrumpatur. Et ſi ergo vulgus biſcoctum vocat, rectius is tamen elotus panis madefactionis illius & lotionis gratia appellabitur. Ad rationes nunc tuas tranſeo,quas in biſcoctum affers. Panem igitur elotum eum ſemper cenſebo, qui lotionem ſit paſſus, quæ in biſcocto te etiam authore non deſideratur. Rem autem aliquam quæ terrena eſſet ſubſtantia aëream reddi non alia poſſe ratione exiſtimo,quam aëre in ipſammet rareſactam ſubeunte. quem aërem, ſi in panem quum abluitur ſubire cum aqua dicas, Contra potius,diſtat ratio, nam ſubeunte aqua in panis meatus aëre antea occupatos, excludi aerem,& illum minus aereum,& magis aqueum reddi,neceſſe eſt. ita ut qui antea terrenus eſſet, aqueus poſt lotionem remaneat. quid ergo uelis,non aſſequor niſi tu leuitatem ſpectans quæ eloto pane ineſſe maior debet quam non eloto, aereum quoque illum pro terreno reddi oportere iudicas quod non damno. Sed eam pani poſt lotionem & reſiccationem comparari tueor, fide experiměti.cuius rei cauſam in Epiſtola ad Cauallerium afferebam. Quod in eadem ratione aſſumis biſcoctum noſtrum fieri igneum, id non concedam. eſt enim non igneæ, ſed aereę naturę, ſi id in memoriá reuocas, fermenti vim illi lotione primum detrahi.

trahi. Tum vero leui admodum calore clibani exarefieri; tantum, non etiam comburi. Solet enim clibano comitti vbi remitti illius calor incæperit. ex quo, quum tuum illum acrioris egere caloris & fermenti plurimum recipere, tu ipſe ſcias; ut ipſum quoque maioris participem eſſe caloris concedas, neceſſe eſt. Et ſi enim non ignoro alicubi locorum, Mediolani autem maxime, tuum quoq; illum ſpongioſum panem clibano quandoq; coquendum immitti, vbi tabeſcere eius calor iam cæperit: id quod exteriorem illi corticem craſſiſſimum, non exuſtum tamen reddit, ſapore autem longe iocondiſſimo, & corpore leuiori, imo etiam vulgari de quo tu agis, quod ad calorem pertinet, temperatiori, & qui magis friabilis ſit ſubſtantiæ, propter eaque vbi vel liquore aliquo uel Linguæ palatiue humore maduerit, facilius in Ventriculo quam vulgaris concoquatur: at ne hunc tamen etiam lotum eſſe panem dixerim ob ſuperiores cauſas; atq; ob id maxime, quod panem antea eſſe oportet eum, qui loti panis obtinere nomen debet. Subdis biſcoctum non ex ablutione, ſed ex igne, naturæ ſuæ immutationem conquirere: ob id elotum dici non poſſe. Sed hoc me refelliſſe iam exiſtimo, te etiam aſſenſore, qui panem confeſſus madefieri aqua primum, ut fiat biſcoctus; nõ ex igne tantum, ſed ex aqua itidem vt à priori panis natura diſcedat, obtinere, ut concedas oportet. At calore, dices, reſiccatur. Quod ut uerum eſt; ita, quia hęc ſola reſiccatio eſt, non acerrimo, ſed mitiſſimo calore facta, non ignis magis, quam frigiditatis, ob aquæ temperamentum atque ob calidę fermenti facultatis temperationem, retinet naturam. Diſputas præterea, ablutionem panis dum biſcoctum paratur, non eſſe ablutionem, ſed potius madefactionem. Nos uero etſi inſiſtendum diſputationi uocum non cenſemus, contra tamen, quando quę lauantur præter madefactionem. ſordiciei etiam alicuius deterſionem aſſequantur panem autem

noſtrum

noſtrum non modo madeſcere oportet, ſed ita madeſcere, vt ab intimis eius partibus uis fermenti calidior detrahatur (hinc enim medicis huius, ita parandi panis fluxiſſe argumentum puto) verius loti, quam madefacti panis conuenire illi nomen tuemur. Tranſis tu deinceps ad tuam de eloto pane ſententiam, in qua quum primo ex ſimilitudine vocabuli buffetum, quaſi Limphatum dici coniectaris; non damnarem cõiecturam, ſi modo Limphę vox potius quam aquæ vulgo eſſet in vſu frequentiori: atque, ut non Limphatum Vinum, ſed aquoſum vulgus vocat, ita cur non potius aquoſum panem quam Limphatum vocaſſet, non ſatis video. Sed neque tu in hoc inſiſtis, neque me decet hac de re pluribus. Ad ea uenio, quibus ſpongioſo illi pani eas dotes tribuis quas eloto ſuo Galenus, quod ſit aëreus, quod aquæ ſupernatet, quod ad ſtateram ſit leuior. Quæ profecto ſicut negare non licet; ita, quod tu hæc omnia in biſcocto pane ſuperare confiteris, cur non etiam hunc ipſum eſſe magis quam illum eloti nomine dignum agnoſcis? At comparare ais Galenum ſimiles panes ſimilibus; nempe qui ſint unam tantum coctionem experti, inter ſe, non etiam eum qui bis, illi qui ſemel tantum ſit coctus. ſed uide aliud fuiſſe Galeno propoſitum. Si enim elotus panis ex ijs eſt, qui ſemel tantum cocti ſunt; cur de eo non agit, vbi de eiuſcemodi pane generatim ſcribit; ſed poſt panem poſt bellaria, poſt itria, priuatam de eloto inſtituit tractationem? Imo uero, quando ſpongioſus ille fit ex puriſſima, ut tu quoque ais farina, & fermento multo, & aqua multa, quum habeas huiuſcemodi parandi panis rationem à Galeno eodem, ubi de pane in uniuerſum agit, loco, iam euidẽtiſſimum argumentum habes, aliud eſſe illum, quã ſit elotus panis. Accedat hoc etiam, quod, quum elotum panem lentore & craſſitudine carere oporteat ex Galeno quod tamen intra corticem ſpongioſi illius eſt panis, glutinis inſtar eſt lentum, præſertim quod

eſt

eſt recens. Sanè autem doces tu deinceps ſpongioſi panis conficiendi rationem, & qua ſit natura cuiuſue in morbis vſus, concludis, quæ probo, ſed ex ijs, quæ doctiſſima tua diſputatione excitaſti, me nunc vt ſcriberem, ſatis conſtare arbitror, elotum veterem panem non ſpongioſum illum: qui ex farina, ſeu Parthicum, ſed Biſcoctum qui ex pane fit, primum quidem madefacto, vt fermenti uis frangatur; tum verò in clibano temperati caloris areſacto. eſt uerò hic minoris, quàm ſpongioſus caloris, friabili autem & minime omnium panis generum lenta ſubſtantia præditus, atque is propterea qui facile in ventriculo concoqui, & non incommodè febribus, acutouè alio morbo laboranti ægro ex iuſculo aliquo maceratus, incoctuſuè poſſit exhiberi. Tu Vir doctiſſimè hæc, ſi non tibi arriſerint, ne committas obſecro, quin ingenuè, vt inter nos decet, tuas partes noua actione tuearis.

Oblector enim tuis literis, atque ad eam, quam vnam perquiro, aſſequendam veritatem, hoc exercitationis genus toto animo amplector.

Vale.

FINIS.

BONONIÆ.

Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam. 1598.
Superiorum permiſſu.

99 937002